



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Rationale Vtrivsq[ue] Potestatis Ecclesiasticæ**

**Talamellus, Thomas**

**Ticini Regii, 1618**

Secvndi Tractatvs.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61615](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61615)

## SECUNDI TRACTATVS.

## CAPVT PRIMVM.

*De recto Dominio etiam temporali  
Pape, seu Summi Pontificis.*



**D**. P. Augustinus hanc docet sententiam, Augustino quidem dignam, dicens. Dator æternæ felicitatis est Deus, solis veraciter pijs: cetera verò bona, huius vitæ vel fastigia, vel subsidia; sicut ipsum mundum, lucem, auras, terras, aquas, fructus, ipsiusque hominis animam, corpus, sensus, mentem, vitam, bonis, malisque largitur. in quibus est, quælibet Imperij magnitudo, quam pro temporum gubernatione dispensat. ex hac ergo clarissima auctoritate, de facili colligitur nedum Dominium spirituale; verum etiam temporale, non minus directè conuenire summo Pontifici, quam cuilibet seculari Principi, cum eligatur in Summum Pontificem, diuina prouidentia; de qua dicit idem S. P. Aug. post longam digressionem, nullo modo credendum est, regna hominum, eorumque dominationes, & seruitutes à diuinæ prouidentia legibus esse alienas. Idem sentit B. Simon noster de Cassia. iusta ratio dominandi variè mundo diffusa, non est ex hominibus; sed ex

C 2 Deo.

D. P. Aug.  
de Cui.  
De lib. 6.  
c. 16.

D. P. Aug.  
l. 5. de Cui.  
Deo 2.

B. Simō de  
Cassia lib.  
15. d. relig.  
ac Iustit.  
Christ. seu  
Iurisdict.  
Dominij.  
cap. 24.

B. Simōne.  
cap. 32. ex  
Sap. cap. 6

Dom. Bar.  
Vrb. i mil-  
leloq. S. P.  
Aug. lib. 5  
de Civ. Dei  
cap. 21.

Deo. Mundum velut hominem etatibus voluit variatum gubernari: vt nullum tempus laberetur mane: quo regula Regiminis. D. D. subiectis praesto non esset. Cum qua legitimi Domini, atque Reges, praeter quam vsurpatores, & tyranni nequissimi haberentur: & eis voluntariè obsequentes culpabiles penerentur. Igitur iustum ius dominandi, atque dominij non est ex eo quod ab hominibus instituitur, aut agitur: sed ex eo, quod à Diuina lege conceditur, aut permittitur: à quo iustè regentes iustè vocantur domini, & irreprehensibiles obsequentes. Idem B. Simon docet hoc idem eodem libro ex Sapientiae cap. sexto; studete Reges, & intelligite, discite Iudices finium terræ: praebete aures vos, qui continetis multitudines, & placetis vobis in turbis nationum: quoniam data est vobis à Domino potestas: & virtus ab altissimo, qui interrogabit opera vestra, & cogitationes scrutabitur. Vnde si à Domino data est, vel permessa regnandi potentia: indubium non versatur, quod ad ipsum est in omnibus referenda: nec ad inferiores inflectenda censetur: nisi prout aula summi Regis edixerit: nulla enim potestas ad derogationem: imo ad totum bene cautū superioris infertur. Idem sentit Dom. Bartholomeus Vrbinas in milleloquio S. P. Aug. verbo Imperator, vbi de mente eiusdem dicit, Vnus verus Deus, qui nec Iudicio, nec adiutorio deserit genus humanum, quando voluit, & quantum voluit, Romanis regnum dedit: qui dedit Assyrijs, vel etiam Persis:

Persis, & sicut gentibus, sic hominibus: qui mario ipse C. Cesari: qui August. ipse, Neroni: qui Vespasianis, vel Patri; vel filio suauissimis Imperatoribus ipse, & Domitiano crudelissimo, & ne per singulos ire necesse sit, qui Constantino christiano, ipse Apostatae Iuliano. Hoc Deus vnus, verus, regit, & gubernat, vt placet: & si occultis causis nunquam iniustis; & ideo eodem lib. optime dicit. Nam Deus bonus, ne homines, qui eum crederent, propter æternam vitam colendum, has sublimitates, & regna terrena existimarent neminem posse consequi, nisi dæmonibus supplicaret, quod hi spiritus in talibus multum valerent: Constantinum Imperatorem nō supplicantem Demonibus: sed ipsum verum Deum colentem tantis terrenis impleuit muneribus, quanta optare nullus auderet & c. Vnde idem, qui supra Bartholomeus noster Vrbinensis in milleloquio S. Ambrosij, Verbo, Imperator, de mēte eiusdem D. Ambrosij, Imperium à Sacerdotio processit, & non è contrario. ergo Summus Pontifex, qui est Summus Sacerdos à quo cætera procedunt dominia, rectè vti potest dominio, ne dum spirituali, verum etiam, & temporali, & corroboratur ista ratio: quia B. Iordanus noster accipiens illud Psalmi, Ego confirmaui columnas eius tractans de prærogatiuis D. Petri dixit. Tota verò Trinitas Petro sic electo, sic examinato, sic confirmato plenam iurisdictionem contulit: quia potestatem plenam sibi dedit super cœlum, cum dixit. Tibi dabo clauis regni

cap. 252

Bart. Vrb.  
in millelo.  
S. Amb. l.  
5. Epist.  
epist. 33.B. Iord. l.  
serm de sã  
etis ser. 94

Psal. 74

gni

quinta pre  
rogatiua.

gni celorum: & super mundū cū dixit: quodcunq; ligaueris super terram erit ligatum & in celis: & super infernum, cum dixit: Et portæ inferi non præualebunt aduersus eam. ergo hoc stante fundamento D. Petrus, sic, & successores eius rectè possunt vti vtroque dominio.

B. Egid.  
rom. 1. sēt.  
d. 36. a 6.  
in corp. S.  
P. Aug. li.  
83. qq. qu.  
D. Th. p. p.  
q. 22. art.  
2. cap. 8.

Præterea B. Egidius noster Romanus de mente similiter D. P. Aug. lib. de prouidētia diuina loquēs, dicit, Deus omnia mutabilia pulcherrima gubernatione moderatur & D. Th. ex Sapientia cap. 8. Deus attingens à fine vsque in finem, omnia disponit suauiter. Cum ergo Summus Pontifex præsumatur bonus, & non malus, & dato quod esset malus quoad mores (quod non conceditur) adhuc est capax tēporalis Domini: quia vt superius dixit D. P. Aug. tam bonis, quam malis Deus largitur huiusmodi Dominium temporale, & notanter dicitur in prædicta auctoritate, quælibet Imperij magnitudo & c. quā vt superius tanquam quid mutabile pulcherrima gubernatione moderatur & c. & quamuis ab initio idem Summus Pontifex non sit vsus eodem temporale dominio; hoc euenit pro temporū gubernatione, & diuina dispositione, qua factum est; vt Constantinus ille magnus Imperator S. M. E. eam Domini temporalis assignaret partem, quam de facto assignauit, seu assignauit, siue cessit; vt egregiè docet. B. Aug. Anconitanus libro suo de Potestate Ecclesiastica per dictum prouerbiorum. Honora Dominum de tua substantia. Vnde cum dictus Constā-

B. Aug.  
Anc. li. de  
Pot. Eccle.  
q. 43. art.  
2.

tinus

tinus Imperator magnus non fuerit peioris conditionis, quam cæteri homines, qui sunt Domini bonorum suorum, sic, & ipse sui Imperij, cuius partem cessit, seu concessit eidem S. M. Ec. C; quæ à Deo recepit huiusmodi dominium temporale, per eundem Imperatorem. Qui enim per alios facit, per se ipsum facere videtur, ita Deus per Imperatorem iam dictum Dominium temporale suæ Ecclesiæ impertitus fuit, quamobrem meritò idem Imperator Constantinus: vt legimus, die quarta sui baptismi, hoc priuilegium R. E. summoque Pontifici: vt in toto orbe Romano; Pontifices, vel Sacerdotes; ita hunc caput habeant: Sicut Iudices Regem: in eodem Priuilegio: ita inter cætera legitur. Vtile iudicamus vna cum omnibus Satrapis nostris, & vniuerso Senatu, optimatibus, & cuncto Populo, Imperio R. E. subiacenti. vt sicut B. Petrus internis Vicarius filij Dei dicitur esse constitutus: ita, & Pontifices ipsius Principis Apostolorum in terris Principarus, Potestatem, Amplius, quam terrenæ Imperialis nostræ Serenitatis mansuetudo habere dicitur, concessa à nobis, nostroq. Imperio obtineant. Eligete nobis ipsum Principem Apostolorum, vel eius vicarios, firmos apud Deum esse patronos; & sicut nostra est terrena Imperialis potentia: ita eius Sanctam R. E. decreuimus veneranter honorare, & amplius quam nostrum Imperiû, terrenumq; thronum, sedem sacratissimam B. Petri gloriose exaltari. Tribuentes eidem potestatem, & gloriam,

Prou. c. 3.

*l. qui, hac  
l. potest. de  
Reg. Iur. i  
6.*

*P. P. lib.  
decret. d.  
96. c. Con-  
stant. Im-  
perator*

&amp;

& dignitatem, atque vigorem, & honorificentiam Imperialem. Atque decernentes sancimus, ut Principatum teneat, tam super quatuor sedes, Alexandrinam, Anthiochenam, Hierosolimitanam, & Constantinopolitanam, quã etiam super omnes in vniuerso orbe terrarum Ecclesias Dei, & Pont. qui per tempora ipsius S. R. E. extiterit, celsior, & Princeps cunctis Sacerdotibus totius mundi existat, & eius iudicio, quę ad cultum Dei vel fidem Christianam, vel stabilitatem, procuranda fuerint, disponantur, & infra eodem loco, ea prorsus ratione. Ut per manus B. P. nostri Siluestri, B. P. successorũq; eius, oĩa disponantur, & infra Beato Siluestro, & omnibus successoribus, eidem præsentem tradidimus Palatium Imperij nostri Lateranense. Deinde diadema videlicet coronam capitis nostri. Simulq; phrigium, nec nõ, & super humerale, videlicet eorum, quod imperiale circundare assolet collum, verum etiam clamidẽ purpuream, ac tunicam coccineã, & omnia imperialia indumenta, seu etiam dignitatem imperialium Præsidentium, equitum conferentes eidẽ etiam imperialia scepra, simulq; cuncta signa, atq; banna, & diuersa ornamenta imperialia, vnde, ut Pontificalis apex non vilescat: sed magis quam teneri Imperij dignitas, gloria, & potentia decoretur. Ecce tam Palatium nostrum, quam Romanam Urbem, & omnes Italiae, siue occidentalium Regionum Prouincias, loca, Ciuitates, Beatissimo Pontifici, & vniuersali Papæ simul concedimus, atq; relinquimus, & ab eo,

&amp; à

Constantinus magnus  
imperator  
dotauit Ecclesiam.

& à successoribus eius pro pragmatikum consti-  
 tutum decreuimus disponenda, atq; Iuri S. R. E.  
 concedimus permanenda; vnde congruum per-  
 speximus nostrum imperium, & Regni Potesta-  
 tem orientalibus transferri Regionibus, & infra  
 & nostrum illic Imperium constitui: quoniam  
 vbi Principes Sacerdotum, & Christianæ Re-  
 ligionis caput ab Imperatore cęlesti constitutū  
 est; iustum non est, vt illic Imperator terrenus ha-  
 beat potestatem &c. Hinc ergo omnibus aper-  
 tē, clareq; patet rectus, & Imperialis Domini  
 temporalis Summo Pontifici directē conuenire.  
 Idcirco præcedenti capite, dictę distinctionis hoc  
 dictum notabile notatum habetur. Videlicet Im-  
 peratores debent Pontificibus subesse, & non  
 præesse. Quocirca ad rem satis congruit dictis  
 doctrina Domini Iacobi nostri Valentini super  
 canticum B. Virginis versu esurientes &c. & di-  
 uites dimisit inanes circa finem eiusdem expo-  
 sitionis; vbi narrat multos Imperatores, Tyrannos  
 ac Christianę fidei persecutores miserimē com-  
 pleuisse dies suos, & præcipuē Neronem, & Do-  
 mitianum, qui se ipsos desperantes interfecerunt;  
 quorum loco tandem ad Imperialem dignitatem  
 exaltatus humilis Constantinus; qui postea ad  
 Christi fidem conuersus, destructis Idolis, Eccle-  
 siam Dei prosperauit, & ditauit. Cuius exemplo  
 omnes Reges terrę cum toto Populo Gentili fi-  
 dei se subiecerunt, & sic deiecta superbia huius  
 D mundi,

*Iacob. Val.  
 in Cant. B.  
 Virg.*



prosper stel  
larit li. 2.  
difer. 2. d  
corona, &  
consura.

Tetrus Ve  
ga super 7<sup>o</sup>  
psal. 3. p.  
pag 84. fa  
ciat. 2. lit.  
b. num. 2.

mundi, omnis potestas subiugata est Iugo Christi. Et quia superius de multis spectantibus ad Summum Pontificem, facta est mentio, præcipue de Corona Imperiali, quæ dicitur communiter Regnum mundi. Frater Prosper noster Stellarius Belga in sua Augustinomachia, idest pro Augustino, & Augustinianis; Corona aurea super caput eius expressa signo sanctitatis &c. Corona Papalis, dicit ipse, triplex, triplicem significat, auctoritatem, in Cœlum, in terram, & in Infernum idest Purgatorium &c. & Petrus noster Vega Hispanus super septem Psalmos? super versum Psalmi septimi Psal. 142. Perdes omnes qui tribulant animam meam: quoniam ego seruus tuus sum &c. Agens de Excellentia, & dignitate seruorum Dei sic dicit; Principes terreni primo versu suarum literarum apponunt omnes dignitates suas. e. g. Carolus Quintus Dei Gratia Imperator sæper Augustus, Romanorû Rex &c. sed Summi Põtifices, qui super omnes terræ monarchas aliter suas incipiunt literas, e. g. Gregorius Episcopus seruus seruorum Dei &c. Cui non deerant tituli, seu denominationes, vt Romanorum Rex, conseruator Imperij, Monarcha mundi, & custos maior cœlestis thesauri. Nihil hominus, vt omnium recordetur, se dicit seruum seruorum Dei; Quamuis omnibus imperet, &c. Papa enim est maior Dõminns terræ &c. & suæ denominationes sunt maiores, & digniores cun-  
ctis

Etis alijs, quibus vtuntur Terreni Principes. Vnde optime dicit D. Thom. Summus Pontifex plenariè gerit vicem Christi in tota Ecclesia, ipse enim habet plenitudinem potestatis &c. & sic terminari potest præsens primum Caput.

D. Th. 2. 2.  
q. 88. a. 12  
ad 3. arg.

## CAPUT SECVNDVM.

*In quo sequuntur alie Probationes circa iam dictam materiam.*

**E**T primo D. P. August. ita dicit etiam super psal. Contingit vt duo homines habeant causam apud seruum Dei &c. Seruus autem seruorum Dei dicitur Papa, vt superius dictum est, Ergo &c. Episcopi autem antiquitus erant Iudices etiam in profanis, & temporalibus, dum dicit D. P. August. vbi supra, fratres mei in causis, & negotijs vestris, quando ad nos iudicanda veniunt &c. & supra eodem sermone, loquitur de litibus hæreditatum, & pecuniarum &c. nec hoc repugnat, imò conuenit eisdem Episcopis, siue Prælati iuxta doctrinam D. Apostoli audet aliquis vestrum habens negotium aduersus alterum, iudicari apud iniquos, & non apud Sanctos? an nescitis: quoniam sancti de hoc mundo iudicabunt &c. Quo circa cum omnes Episcopi, & præcipuè Summus Pontifex teneat locum sanctorum in Ecclesia militati in qua, Summus Pontifex est Epi

D. P. Aug.  
de ver. ap.  
ser. 26 ps.  
25 conc. 2  
litera. f.

D. Ap. 1.  
Cor. cap. 6.

D 2 scopus

B. Aug. auc  
li. de pote  
eccl. q. 19  
a. 3. in cor  
ar. qu. 1.

D. Th. 3. p.  
q. 69. ar. 1  
l. 63. de re.  
prin. p. 26.  
22.

o. 28. rex.  
4. ver. 7 die  
illa eris dñs  
corona ex-  
ercitū glo  
6.

sum. Cons.  
rx. 238.

scopus principalis (vt optimè ostēdit B. Aug. no-  
ster Anconitanus, de mente Nicolai Papæ primi)  
principalē B. B. Petri, & Pauli potestatem, & ius ha-  
bemus non solum in monachos, sed etiam in  
quoscunq; alios etc. ergo directè Sū mus Pontifex  
de omnibus potest iudicare cū sit Iudex constitu-  
tus, in quo est actus primus à quo necessario debet  
sequi secundus actus, nempe iudicare. Est tamen  
animaduertendum pro maiori intelligentia di-  
ctorum, & dicendorum ad mentem D Thomæ, &  
B. Egid. nostri Rom. aduersum Iudicē siuè etiam  
iudicium tria principalia requiri; nempe potesta-  
tem, sapientiam, & iustitiæ zelum, & ad mentem  
Thadei nostri Perusini super Isaiam tria alia ferè  
eadem requiri ad iustum iudiciū ferendum; quo-  
rum primum est vt Iudex sit legitime cōstitutus:  
Secundum vt Iudex clarè cognoscat quid sit rectū,  
& iustum: Tertium, vt quod Iudex nouerit iustè  
exerceat etc. Sed Papa supponitur habere omnia  
prædicta; ergo iustè poterit iudicium quodcunq;  
in hoc seculo exercere. Probatur minor per sacrū  
Conc. gñrale Florentinū, ex sum. Conc. in quo sic  
dicitur. Item definimus sanctam Apostolicam se-  
dem, & Romanum Pontificem in vniuersum or-  
bem tenere primatum, & ipsum Romanum Pon-  
tificem esse verum successorem B. Petri Principis  
Apostolorum & verum Christi Vicarium, totius  
totius Ecclesiæ caput, & omnium Christianorū  
patrem, & doctorum existere, & ipsi in Beato Pe-

tro pascendi, regendi, & gubernandi vniuersalem  
Ecclesiam à Domino nostro Iesu Christo plenam  
potestatem traditam esse: quemadmodum etiam  
gestis Æumenicorum Conciliorum, & in sacris  
Canonibus continetur. Datum Florentiæ in sess.  
publica Synodali. Anno Domini 1439.

Confirmatur eadem ratio principalis fundata in di-  
ctis Nicolai primi; vbi superius. Eadem est ratio  
totius, & partis: vt docet Philos. sed Papa vt di-  
cebat habet potestatem in Monachos, vniuersosq;  
Religiosos, ergo etiam, & multo fortius in totū  
populum Christianum, à maiori ad minus, si in  
Religiosos, ergo & in populos vniuersos tanquā  
in minores etc. & si priuatis. Episcopis antiqui-  
tus de profanis; & temporalibus inter laicos iu-  
dicare licebat; consequenter superioritatem habe-  
re inter eosdē iustum erit: sicq; multo magis vni-  
uersali Episcopò, videlicet Papæ licebit. Hęc enim  
vox, seu nomē Papa, Patrem significat apud nos,  
Papa enim apud Gręcos, idem est quod apud nos  
Pater patrū, teste ven. Io. Bernardo Sauonense Au-  
gustiniano in suo vocabulario Ecclesiastico li-  
tera P. hinc dicitur, nimis confortatus est Princi-  
patus eorum, vbi D. P. Aug dicit, Apostoli facti  
sunt Duces Ecclesię, & arietes ducentes greges.  
Cassiodorus verò dicit, Confortatus principatus,  
etc. Apostolorum cathedras, & Episcopales di-  
gnitates etc. Ergo iudicare sibi cōuenit, vt supra  
Dominus autem Iacobs noster Valentinus eo-  
dem

*Philos. pr.  
celitex 38*

*ethimolog.  
papa.*

*auctor vo-  
cab. eccl. li-  
tera P*

*psal 138.  
D. P. Au-  
gust.*

*Cassiodor.  
lac. V. de*

*ps. 98**D.P. Au.**Iac. val. in**psal.**math. c. 28**B. Iord. li.**ser. desacr.**ser. 102 et**4. in or. de**art. fidei.**Conc. ape.**canon. 41.*

dem loco dicit, Apostoli facti sunt Principes terrarum: ergo dicere possumus, quod iudicare iuste poterint, etiam de profanis. Ad rem nostram dicitur enim honor Regis iudicium diligit, quod declarans, idem D.P. Aug. sic ait. Sic ergo timeant eum populi, ut corrigant se, non quia multum presumunt de misericordia ipsius, nempe Regis, dimittant se, & male non viuant: diligit enim misericordiam, sed etiam diligit, & iudicium; Dominus verò Iacobus noster eodem loco psal. intelligit presens dictum de Christo summo Rege, cui tradita fuit omnis potestas in celo, & in terra, & ideo talis honor Regius diligit, & requirit iudicium, ac meretur habere iudiciariam potestatem, quam sine dubio videtur suis contulisse Apostolis, & successoribus, quorum principatus nimis, id est satis fuit confortatus: de qua confortatione, seu exaltatione B. Iordanus noster lib. sermonum, de mente S.P. Augusti sermone de Apost. dedit Dominus potestatem Apostolis super naturam, ut eam curarent, super Demones, ut eos euerterent: super elementa, ut ipsa mutarent super mortem, ut ipsam contemnerent: super Angelos, ut corpus Domini consecrarent: hæc etiã potestas data est successoribus. Vnde etiam in primo Apostolorum Concilio, ut patet in summa Conciliorum, ubi sic dicitur, præcipimus, ut in potestate sua Episcopus habeat res Ecclesiæ. Si enim hominum animæ illæ sunt creditæ, multo magis

gis

gis oportet cum curam pecuniarum gerere: ita ut potestate eius indigentibus omnia dispensentur per presbyteros, & Diaconos. Ex his igitur patet dictis qualiter Episcopi, & precipue summus Episcopus, id est Papa potest temporalium curam gerere, eo magis: quia in Actibus D. Siluestrem Papæ ut in præfatione Niceni Concilij notatur illud quod Ecclesia Romana nullis Synodicis decretis prælata est cæteris Ecclesijs. Sed Euangelica voce Domini, & Saluatoris nostri primatum obtinuit. Vbi dixit B. Petro Apostolo, Tu es Petrus, & super hanc petram edificabo Ecclesiam meam, & adhibita est etiam societas in eadem Romana Vrbe B. Pauli Apostoli, qui vno die, vnoque tempore gloriosa morte sub Nerone agonizantes coronatus est, etc. Apparet itaque summa potestas summi Pontificis etiam in temporalibus ad quod accedit dictum Alphonfi nostri Mendzse Hispani publici Salmaticensis Cathedræ Lectoris, dicentis. B. Petrus Apostolus in sua persona potestatem vniuersalem supra totam Ecclesiam, supraque totum orbem in spiritualibus à Domino Iesu Christo suscepit, quod tam longè latèque patens potestas alicui alteri personæ, post D. Petri mortem commissam sit tam vniuersalis, & ampla, quam in B. Petro nominatim Romanis Episcopis tamquam veris Petri successoribus, hæc amplitudo, potestatis relicta, in qua ipsis semper resederit Monarchia totius Ecclesiæ gubernatio etc. idem eadem quæst.

circa

Ex summa conciliorum

matth. 16.

alphon. mendozæ quod lib. 9. q. 4. scilicet laudat.

*Aut. yvi  
eius Dert.  
pag. 24*

*pōtas 2 or  
din. et del.*

*Iac. valen.  
in Cant. B.  
F. ver. est  
vientes.*

*ex summa  
conc. de ūi-  
ta. quorv-  
da Pontif.  
pag. 316*

*gotscalcus  
bolem. ser.  
dom. rom. 1.  
ser. 9. 3.  
dort. ad 19.*

circa finem sic habet, Papa non habet superiorē  
in terris 3. conclusione secundo notando, & Anto-  
nius Myriccius noster Dertionensis in suo Di-  
lucidario Confessoriorum. potestas iurisdictionis  
duplex ordinaria, & delegata, ordinariam Papa  
habet in tota Ecclesia catholica. Eiscopus in sua  
Diecepsi &c. delegatā habet substitutus ab ipsis,  
& ad rem facit id quod doce Dominus Iacobus  
noster in Cant. B. V. circa finem vbi notat quali-  
ter Constantinus magnus Imperator, cum om-  
nibus Regibus se subiecerit D. Siluestro Pape,  
tamquam Christi in terris Vicario, & relicta ipsi  
Roma cum toto patrimonio, se in Constantino-  
polim recepit, & Imperialem sedem illuc transtu-  
lit Nec aliquo pacto, quouis quęsito colore Sum-  
mi. Pōtificibus idem temporale dominium repu-  
gnat: imò rectē sibi conuenit, quod expressē pa-  
tet per quoddam decretum, & definitionem habi-  
tam sub Ioanne 22. Summo Pontif. 193. contra  
eos qui dicunt Christum, & Discipulos eius nihil  
habuisse, & in his, quę habuerunt, nullatenus eis  
fuisse eiusmodi sententiam erroneam, & hæreti-  
cam esse censendam, sic enim declaratur in ex-  
trauaganti &c. Qua propter pro maiori dicto ū  
& dicendorum notitia Gotscalcus Holem: in suis  
sermonibus Dominicalibus optimē notat, dupli-  
cem esse temporalium sollicitudinem, siuē neces-  
sitatē Gen. 30. in sudore vultus tui vesceris pa-  
ne tuo, aliam verò cupiditatis Math. 6. nihil soli-

citi

ne tuo, aliam verò cupiditatis Matth. 6. nihil solliciti sitis animæ vestræ etc. Hæc secunda dicitur mala inducens idolatriam; auaritia enim, est idolorum seruitus. In Canone duodecimo exemplum Domini accipite in terra conuersantis. Quare loculos habuit, cui Angeli ministrabant? nisi quia Ecclesia ipsius loculos habitura erat. Nam possessio rerum temporalium est homini, quasi connaturalis de mente Domini Egidij nostri Rom. & Magister Paulus noster Ciera Venetus in suo tractatu Apollogetico, Papa, inquit, dicitur Pater patrum, ut superius tactum est, summus Christianorum Pontifex, Christi Vicarius, Petri successor, caput, sponsus, Dux, & rector Ecclesiæ, Pastor vniuersalis, Apostolicæ Sedis Præsul, orbis terrarum Præfectus, & moderator. Et eodem capite infra ex Ioanne capite octauo, Petrus appellatur Cephas, idest caput; vocaberis enim Cephas &c. docet sana fides Catholica summum Pontificem Romanum, Christi vices in terris gerere, Petri successorem, caput vniuersalis Ecclesiæ; & sicut in Capite consistit omnium sensuum plenitudo, in cæteris autem membris pars aliqua plenitudinis. Ita cæteros vocatos esse in partem sollicitudinis, ipsum verò in plenitudinem potestatis. Infra, eodem capite, sic etiam inquit, summum Pontificem Christi Vicarium,

E iurisdicatio.

12. q. 1.

Eg. Rom.  
lib. 2. de  
reg princ.  
3 p. c. 7.paul. Ven.  
tra. Apol.  
c. 7.

simile.



Paulus  
Ceranoster  
Venetus.

D. Chryf.

D. P. Aug.

Aug. Ilci.  
3. p. 114.  
cap. 1.

iurisdictionem habere temporalem de facto in aliquibus Prouincijs, planum est, ac in toto mundo de iure non solum indirectè, vt quidam putant, verum etiam directè: vt satis expressè demonstrat in suo tractatu de iure Principum; etc. vbi etc. cap. 7. ita Petrus accepit Pontificatum, & regimen totius populi Christiani, & in Vicarium fuit electus Christi, cuius iurisdictionis sunt omnia mundi regna. Vnde in eiusdem solemnitate exultans ei Ecclesia canit, Tu es pastor ouium, Princeps Apostolorum, tibi tradidit Deus, clauis regni Cœlorum, & super illa verba, tibi dabo clauis etc. D. Chrysof. sic habet, filius Dei ubiq; terrarum, Petro concessit potestatem, & omni mortali omnium quæ in cœlo sunt dedit auctoritatem: vt potestate clauium Ecclesiam amplificaret, & inde D. P. Aug. in sermone, fortis & humilis, admirans ait, ò mira potentia, & ineffabilis gratia Saluatoris, quis plebeum piscatorè Apostolorum facile crederet Principem, & Regibus obistere, Reges sanctificare, Regibus omnibus imperare, mundum refrenare legibus etc. Sic etiã docet August. noster Ilcinensis in suis manuscriptis opusculis, quæ asseruantur in Bibliotheca S. Marci Mediolanensis de primatu Petri, vbi sic habet, Romanus Episcopus, idest Papa, est Princeps in temporalibus, cui enim concessum est principale conceditur, & secundarium, Io. pri. Omnia per ipsum facta sunt, cuius Vicarius est Papa. Ester 13. in cuius ditione cuncta sunt posita etc. Dionys. de diuini  
nomini.

nomini- bus, habent enim infima reduci ad suprema medijs interuenientibus: sed homines, & tempora- lia sunt media ergo etc. & secundo cap. similiter do- cet Papam, siue Episcopum Romanum esse totius mundi monarcham etc. & tertio cap. optimè soluit sophismata aduersariorum, vt est videre, quæ om- nia breuitatis causa omittimus.

Præterea potestas Papæ, seu summi Pontificis est potestas Christi saltem deriuatiuè, & originaliter si- cut lux lunæ, & stellarum originaliter dicitur lux so- lis, & sicut doctrina discipuli originaliter dicitur do- ctina magistri & tandem, sicut humor, seu alimen- tum cuiuscunq; fructus originaliter dicitur humor, siue alimētum ipsius arboris, à qua originaliter pro- ducitur idem fructus. Sed in Christo est plenitudo omnis potestatis iuxta illud. D. Apost. Christus est caput omnis principatus, & potestatis ergo & suus Vicarius, idest Papa habet talem principatum tan- quam suus minister; Hinc ad rem Leonardus Co- queus Aurilianensis noster Gallus in confutatione sua misterij iniquitatis Philippi Nernei, contra præ- fationem eiusdem, contra dictum, Iam duo extrema etc. vbi declarat quomodo Papa possit aliquo pacto dici Deus, ex Psal. Ego dixi Dij estis, & filij excelsi omnes, & Ioan. 1. dedit eis potestatem filios Dei fieri, et Io. 3. videte qualem charitatem dedit nobis Pa- ter, vt filij Dei nominemur, & simus, & 2: Petri, & & maxima, & preciosa dona donauit per quæ diui- ~~na~~ efficiamur consortes naturæ. Pontifex ipse mi-

E 2 nistrum

D. Diō de  
diui. num.

Similia

ad Col. c. 2

Leonar.  
coqueus.

psal 81.  
fo. pri.  
fo. 3.  
cap. 1.

nistrum Dei, Vicarium Dei, & quidem tanto misterio indignum se reputat, num verò Dei appellationem sibi arrogat. Hæc verò; cū P.P. & sacris Concilijs ex verbis Christi edocti copulamus Pontificem Romanum Petri successorem, & Dei in terris vicè gerentem &c. & contra sequens dictum olim &c. eadem professio omnium pontificum S. humilitatis quòd si aliquādo superborū Principū Ecclesiæ infestorū audaciā ipsi Pōtiffices fregerunt, minimè ex superbia factū est: sed, vt Christi in primis, & Ecclesiæ dignitatē tuerentur &c. quamobrè Aloysius Bario-la noster Mediolanensis in suis floribus Commētariorū Francisci Pegnæ in Directoriū Inquisitorum P.P. ex commento octauo, sic (inquit) Pōtiffex Romanus omnes iudicat: ipse autem à nemine iudicatur, & habet gladium etiam temporalem, & potest exercere Iurisdictionem temporalem in Principes temporales. Nec dubitādum est Christum potuisse talem potestatem suis communicare Vicarijs; quando, quidem D.P. Aug. dicit, Christus per passionem suā omnes gentes ad se trahit, & omnia sibi subiugauit iuxta illud, Data est mihi omnis potestas in Cælo, & in terra, quod certè dictum videtur intelligendū nedum spiritualiter, verum etiam & temporaliter, & cōfirmatur per eundem D.P. Aug. vbi, sic (inquit) omnia Iesum posse, qui de se ipso ait, data est mihi omnis potestas in Cælo, & in Terra. Idcirco ad rem optime dicit D. Apost. omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Istæ autem potestates ordinatè

Aloysius  
Bariola.

ser. de tem-  
pore ser.  
181. in  
vig. pent.  
ser. 1.  
matt. 28.  
tomo 9. li.  
unico de  
Assumpt.  
B.V. M.  
matt. 28  
Apost.  
ad Rom. c.  
332

dinatè

dinatè se habent: quia Potestas Christi omnibus super eminent, & sic potestates Pontificiæ subsunt potestati Xpi, & potestates tēporales subsunt utriq; vel eidē in fonte, & in flumine, eo quod originē trahit ab eodē, & non è conuerso. Quapropter optime dicit ad rem Io. Hoffmeister noster in Epistola D. Apost ad Corin. verbo, quid enim mihi de his, qui foris sunt iudicare; iudicium Ecclesiasticum medicina est, non perditio &c. & Aug. Museus noster Taruisinus in Apologia sua in responsione ad obiectionem de predestinatione non prædicanda &c. itidem docet standum esse semper determinationi S. R. E. auctoritate D. P. Aug. dicentis, Euangelio non crederem; nisi Ecclesia approbasset: tata enim est ei auctoritas à Domino Iesu Christo collata &c. Tandem Ferdinandus Peralta noster Hispanus lib. suarum Concionum de Aduentu Domini in Concione S. Andreae ser. 3. ex 1. Regum cap. 2. Domini enim sunt cardines terre, & posuit super eos orbem, loquitur de Apostolis, & consequenter de successoribus eorū dē, quos Cardines vocat, qui quamuis abiecti, & humiles valde essēt in mūdo; tamen super eos fundauit totū orbē, iuxta illud, de stercore erigēs pauperē &c. & Jo. 21. Diligis me plus his &c. Pasce oues meas, obtineas tu supremam potestatem, & dignitatē, qui ceteros virtute ante cellis &c. & in Concione Epiph. Domini, verbo: ecce magi ab oriente &c. Princeps si potestate careat non est Princeps. Vocat principem, potestatem in abstracto &c. qui potestati resistit Dei ordi.

Ioan. Hoffmeister  
cap. 5.

Aug. museus.

Ferdinandus Peralta.

Pf. 112.  
21.

Ad Ro. 13

ordinationi resistit etc. Sed Dei ordinatio talis est, ut Dominus noster Iesus Christus plenitudinem potestatis habuerit eandemque suis Vicarijs communicaauerit. ergo equum est, ut habentes exerceant: idcirco aduertendum est etiam ad mentem prædicti Ferdinandi eodem lib. ser. 3. Epiph. Domini qualiter, solus Christus natus est Rex, cæteris omnibus conuenit illud. Nudus egressus sum de utero matris meæ: sed Christus purpura, sceptro, & corona vestitus exiit. Puer natus est nobis, & filius &c. cuius imperiū super humeros eius mala punica ponebantur antiquitus in veste Sacerdotali &c. quæ poma coronata nascuntur in figura Christi, Summi Regis coronati, & sic iure optimo suam communicauit vicem gerentibus facultatem &c.

*Job l. cap.  
Isa. 6. 9,*

*Pf. 51.*

*D. Greg.  
Hom. 20.  
super mat.  
cap. 25.*

*q. 1. art. 9.*

Præterea D. P. Aug. in præfatione sic dicit, modo videmus corpus Regis, & Sacerdotis, modo videmus corpus hominum aduersus Regem, & Sacerdotem, & parum infra eadem præfatione similiter, Regnum terrenum cælesti Regno est permixtū &c. ergo cum Summus Pontifex ius rectum habeat in cælesti Regno; quod est Ecclesia Sancta, etiam ad mentem D. Gregorij Pape, Cælorum, Regnum præsentis temporis Ecclesiæ dicitur: ita pariter idem Pontifex ius rectum habebit in terrenum Regnum sicut in cæleste ratione permixtionis. Hoc idem demonstrat fundamentaliter B. Aug. noster Anconitanus lib. suo de potest. Eccles. dicens. Potestas Pape est potestas Christi, cum eius vicem gerat in terris:

sic

fic etiam asserit Dominus Angelus noster à Camerino, dicens, Romanus Pontifex celestis Pontificis, & Eterni Regis, supremique, ac omnium monarchæ, vices gerit in terris; quique in eadem residet Chathedra, quæ omnium Ecclesiarum regula, mater est, & magistra; ita etiam de Summo Pontifice, qui vices Christi gerit; idem etiam sentit, & docet D. Th. Hoc stante fundamento, B. Aug Anc. eodem art. vbi supra docet; in tribus principaliter consistere eandem potestatem primo in debellatione tyrannorum. secundo in ordinatione, siue ordine subditorum. tertio in admonitione diuinorum mandatorum; & sic Christus dicitur regnare temporaliter mediante Papa suo Vicario. Vnde, cum Deus sit totius operis præsul secundum D. D. Iuris Consultos: quia omnia per ipsum facta sunt; ergo, cum Summus Pontifex eiusdem Præsulis vniuersalis vicem gerat, sequitur rectum ius non minus habere in temporalibus, quam in spiritualibus.

Ang. à Camerino in sua Chronistoria in præf.

D. Th. 22.  
q. 39. ar.  
in corp. 8

L. 1. in pri.  
C. de vet.  
iur.  
10. cap. 1.



CAP V T

## CAPVT TERTIVM.

In quo Autor sequitur agere de eadem materia.

q. 1. art. 8.

2. sent. d. 1.

q. 3. art. 1.

p. 1.

l. accessorium de regulis iuris in 6.

l. nō debet

ff. de regulis iuris et

l. i eo quod

plus est. et

reg. inest

quod minus est.

Phil. 2. top

c. 4.

In autentici

cod. de

fac. sa. ecc.

Eg. Ro. 2.

sent. d. 2. 2.

qu. 1. a. 2.

dub. p. lat.

D. Th. 1. p.

q. 57 ar. 2.

et q. 2. ar.

2. ad 2.

**B** Aug noster Anconitanus lib. suo de Potestate Ecclesiastica. Eandem veritatem clare ostendit, & pro suo fundamento tali. vtitur ratione. Qui potest in maius, potest etiam in minus, sic quoque asserit B. Egid. Rom. qui potest quod maius est, potest etiam quod minus est, & secundum D. D. Iuriconsultos, cui conceditur principale, conceditur, & accessorium, & alibi, cui licet quod maius est, non debet, quod minus est, non licet & secundum Philosophū si de quo magis videtur inesse, & inest, ergo, & de quo minus: at Summus Pontifex maxime potest in spiritualibus, tanquam in maius: ergo multo magis potest in temporalibus, tanquam in minus; minor probatur a B. Egidio nostro Romano, dicente, plus est principari in Spiritualibus, quam in corporalibus, confirmatur eadem ratio, quia secundum Philosophos, & etiā sacros Theologos, quidquid potest virtus inferior, potest & superior. Vnde D. Th. præcipue non eodem, sed excellentiori modo, sicut intellectus cognoscit se sibile, excellentiori modo &c. quanto enim aliquid est superius, tanto habet virtutem magis continuam, & ad plura se extendentem, vt patet in homine, quantum ad sensum commune respectu aliorum sensum particularium &c. & idē D. Th. virtus vna est superior si ad æqualia se extendat;

tendat: sed virtus multiplicata est superior, vt plu-  
ra ei subiciantur, a simili &c. Sed Papæ potestas non  
solam est superior, sed suprema in Ecclesia sancta  
Dei, & potestas regum, aliarum quęcunque digni-  
tatum est minor, cū dependeant à Potestate Papæ,  
tanquam effectus à sua causa; ergo plus potest Papa  
nec dum in spiritualibus, verum etiam in temporalibus  
directe, quam Reges ipsi temporales; idcirco o-  
ptime dicit ad rem Bartholomeus Cassaneus Bur-  
gundius in Catalogo glorię mundi, Papa omnes di-  
gnitates mundi præcedit, & est superior: vt habetur  
in Clement. Pastoralis de sententia, & re iudicata,  
& de Iureiurando, & Glos & est prima dignitas in  
Ecclesia Dei in Autenticis &c.

*simile.*

*D. Th pr.  
p. q 77. ad  
2. ad 2.*

*Barth Cas.  
sanus 4 p.  
conf. 7.*

*tex. 6.*

*Paulus  
Venetus.*

Præterea hæc doctrina 2. lib. de anima colligitur,  
qualiter actus secundus præsupponit primum, vt  
docere, cū sit actus secundus, præsupponit scire, tãquã  
actum primum, & operatio animastica præsuppo-  
nit animam. Hinc Paulus noster Venetus anti-  
quior eodem loco, Notando secundo, de mente Aui-  
cennæ lib 6. naturalium, docet qualiter perfectio  
potest capi duobus modis, scilicet, prima, & secun-  
da prima perfectio, est propter quam species fit spe-  
cies in effectu sicut forma ensis, perfectio secunda  
est aliquid ex eis, quæ consequentur spetiem rei: aut  
ex actionibus eius: aut ex passionibus, sicut incide-  
re ensi, & sicut cognoscere, cogitare, sentire, & mo-  
tus homini, hæc enim sine dubio perfectiones sunt  
speciei: sed non primę: ergo secundæ, dicimus nos

F &c.



& c. at Summus Pontifex vtitur nō solum dominio spiritali: sed etiam temporali, & talis vsus est actus secundus: ergo præsупponit actum primum, nempe posse licitè dominari, ac vti tali dominio, quo vsi sunt multi Summi Pontifices, qui fuerunt Sancti, vt Sanctus Siluester Papa, D. Gregorius, & ceteri, quam plures; quo quidem Dominio temporalicertè non fuissent vsi, si non licuisset, & liceret eodem vti, vt tandem haberent, et se habere ostenderet primis, & secundas perfectiones iam dictas: idcirco meritò dicebat D. Leo Papa loquens de Christi, ac Petri petra, super quam fundata est Ecclesia, tantum in hac fidei sublimitate complacuit: vt Beatitudinis felicitate donata, sacram. inuiolabilis. penè acciperet firmitatem super quam fundata Ecclesia, portis inferi, & mortis legibus pręualeret, nec in soluendis, aut ligandis quorumcunque causis, aliud ratum esset in cœlo, quam, quod Petri sedisset arbitrio. Vnde satis notandum est, quod dicit in quorūcunque causis, scilicet, tam temporalibus, quam spiritalibus determinandis, nam qui dicit omne, vel totum per propositionem vniuersalem signo vniuersalitatē signatam, nihil excludit, vt notat Glos. & sic ad rem nostrā multum facit id, quod docet Paulus Venerus, qui supra in Logica sua parua, omne repugnans positum cum concesso, vel concessis, collectiue, vel diuisiue, semper negandum est; ergo à pari omne repugnans concessæ facultati, & vti Ecclesiæ, quantum ad vtrunque forum semper erit negandum.

sup. matt.  
cap. 7.

Glos. l. d.  
procur. C.  
mandati,  
& ad hoc.  
e. de Her.  
interue. l.  
2.  
Tract. 5.  
e. de abli-  
gatiōibus  
Reg. 4.

dum; Quoniam talis facultas huiusmodi vsus, concessa est sanctæ matri Ecclesiæ à Christo concedere potente: vt patet per dictum scilicet Leonis &c. & Pōtifex debet ius sibi à Domino concessum tueri, ac defendere, atque legem constituere contra aduersarios etc. Qua propter Dominus Iacobus noster Valentinus, multa sunt Sacerdotis munera, præcipuè legem ponere, & constituere: vnde dicitur Pontifex, quasi legem, & positionem faciens, per quam Christianus populus in Deum dirigatur, viuat etc.

Iacob. vad.  
in Psal 9.  
vers. 1.

Præterea Gabriel noster Anconitanus in suis sermonibus Quadragesimæ super septem psalm. dicit Deus facit cum peccatoribus etc. sicut Summus Pōtifex, qui suis legatis, ac iudicibus communicat potestatem suam etc. vt iustitiam exerceant; En ergo dominium temporale ipsius Papæ, etiam per prædictum factum doctorem, hoc idem exemplum idem doctor videtur adducere de tali dominio, parum infra, eodem loco, exponens illud psal. In chamo, & freno maxillas eorum constringe, auctoritate D. P. Augusti, contra Gau. Epist. secunda, & parum infra similiter de mente eiusdem D. P. Aug. si potestatem, quæ per Religionem, & fidem, regnum temporale, quod debuit diuino munere accepit Ecclesia, hij qui inveniuntur in vijs, & sepibus; idest sermonibus scismaticis, cogantur, & repræhendantur etc. En ergo Regalis potestas Ecclesiæ concessa etc. & idem Doctor sermone Pau. similiter sermonem habet de Regno temporali Ecclesiastico etc.

sab 2. qua  
dra. P. 2.  
ser. ad 3.  
difficul.  
simile

psal. 31.  
D. P. Au.  
cap. 17.  
Epist 48.

*littera M*  
*cap. 4.*

*Philos. p.*  
*eclitex. 32*  
*3. de aia*  
*tex 43*  
*D. Th. 12.*  
*q 18 ar 4*  
*in corp.*

*Egi. Rom.*  
*1 sent d.*  
*1. ar. 6. in*  
*corp.*

*li. 83 q. 9.*

*Philos. 2.*  
*Phys. tex.*  
*44.*  
*D. P. Aug.*  
*1. de doct.*  
*christiana*  
*Greg Ari*  
*min. 1 sct.*  
*d. 1. q. 3.*  
*de. 3.*

Præterea Sebastianus noster Fanensis in sua institutione Christiana, quatuor adiuuat materiam & de mente D. P. Aug. omne bonum nostrum, aut est ipse Deus, aut ab ipso est; modo sic dici potest: dominium temporale Ecclesiæ, cum sit aliquod bonum, ergo ab ipso Deo est, qui nihil frustra facit secundum Philosophum pluribus in locis; ideo S. M. E. utitur eodem dominio, tanquam bono utibili. Vnde D. Th. de mente D. Boetij in topicis; cuius finis bonus est, ipsum quoque bonum est: modo finis dicti Domini temporalis Ecclesiæ, bonus credi, & dici debet, ut se ipsum tueri, ac defendere valeat, non solum viribus spiritalibus, sed etiam temporalibus; ergo iam dictum dominium temporale bonum est, vltusque eius etiam bonus, ratione finis dicendus est.

Præterea, vltus rerum temporalium, non est cuiquam vetitus: sed temporale Dominium, est res temporalis, ut de se patet, ratione denominationis à tempore; ergo Summo Pontifici eodem licebit uti dominio: maior probatur ab ipso B. Egidio nostro Rom. auctoritate D. P. Aug. omnia quæ facta sunt in vltum hominis facta suat, & per Philosophum, nos sumus quodammodo finis omnium, & confirmatur per D. P. Aug. nos sumus constituti inter vltibilia, & fruibilia, quæ sunt Pater, Filius, & Spiritus Sanctus, & tota peruersitas est vltifruendis, & frui vltendis; sic etiam docet Gregorius noster Ariminensis de mente D. P. Aug. vlti est aliquid assumere in facultatem voluntatis; & parum infra declarat se ipsam, secundum

dum D. P. Aug. ceteris à Deo vtendum est, sic etiam dicit D. Th. similiter, & D. Bonaventura. Cū ergo sūmus Pontifex sit homo, & ex hominibus assumptus, sūm D. Apostolum, & dominiū temporale sit aliqui a Deo, poterit licitè eodem vti dominio sūmus Pōtifex. Itidem sentit, Alphonus noster Toletanus secundū prädictas auctoritates de vsu &c. nec minus subtiliter, ac eruditè hoc idem docet Th. noster Argētinus, omnibus, citra Deum possumus vti: quia ordinatè assumpta in facultatē voluntatis nostræ, aliquo modo nos possunt promouere ad consequentiā vltimi finis: vbi notat aliquid posse assumi in facultatē volūtatis: quinque modis; primo modo per modum imperantis, & ordinantis, vt sunt bona nostra &c. secundo modo per modum approbantis, vt sunt bona proximi &c. tertio modo per modū collaudantis, vt sunt Angeli cæli &c. quarto modo per modum tolerantis, vt sunt mala pœnæ. Quinto modo per modum conferantis, vt sunt mala culpæ; & ad tertium argumentum dicit licet diuitiæ, & prosperitates temporales sint malis hominibus impedimētū salutis; bonis tñ hominibus, non sūt impedimētū, nēpè factis: sed adiumentum; potius virtutis, vt etiā dicit D. Ambr. notans historiā de Zacheo: quare ergo nō licebit sūmo Pōtifici directè vti dominio tēporali in adiumentū virtutis? cū ē tale dominiū sit aliquid citra Deū, eo magis: quia B. Eg. n̄ Rom. loquēs de Rege tēporali dicit, Rex enim temporalis Dei minister, & Rector multitudinis, & idem Beatus Egidius de

D. P. Aug.  
10. de Trī  
nit. c. 11.

D. P. Aug.  
1. de doct.  
christiana  
cap. 27.

D. Th. 12.

q. 16. ar. 1

D. Bona-

uent. 1. set.

d. 1. art. 2.

& 3.

Ad Heb.

cap. 5.

Alph. To-

let. 1. sent.

d. 1. q. 2.

Thom. Ar

gēt. 1. set.

d. 1. q. 4. ar.

4. in corp.

D. Ambr.

super Lue.

cap. 19.

Egid. Rō.

lib. 1. de

Reg. Prin.

1. p. c. 12.

men.

12. sent. d. mente Philosophi 3. Polit. c. 7. oportet Dominum  
 3. q. 2. art. scire precipere; at omnes has conditiones habet sum-  
 3 ad secō- mus Pontifex, ergo etc. Similiter Gerardus noster Se-  
 dium arg. nensis, omnia citra Deum, sunt vitibilia: quia omnia  
 Gerardi talia sunt in Deum referibilia: nam sicut frui pro-  
 senensi 1. priè acceptum, est Deo inhærere, tanquam ultimo fi-  
 sen. d. 1. q. ni propter seipsum: ita uti propriè acceptum est se  
 5. art. 3. applicare ad quodcunq; aliud citra Deum, referèdo  
 simile. ipsum in Deum. Nam omnia quæ sunt, vel sunt ope-  
 ra Dei, vel opera nostra. Si primo modo, cui dubium  
 cum sint, ab eo. Si secundo modo, vel sunt opera no-  
 stra virtuosa, vel vitiosa; de primis in charitate fa-  
 ctis, non est dubium, vitiosa verò, & si secundum se  
 non sint referibilia in Deum, ratione deformitatis;  
 sunt tamè referibilia ratione disciplinæ. Cum igitur  
 summus Pontifex recognoscat ipsum dominium à  
 Deo, & ad ipsum referat illud idem: quia ut etiam di-  
 cit D. P. Aug. Vtimur enim hoc mundo, tanquam  
 vtentes: ut veniamus ad eum qui fecit mundum: po-  
 terit ergo (his stantibus) summus Pontifex licitè uti  
 mundi dominio: quia sicut etiam docet Michael So-  
 lon noster Valentinus, diffiniens dominium secundū  
 communem sententiam; sic dicit; Dominium est li-  
 bera facultas, & ius utendi pro suo libito; Cum igi-  
 tur summus Pontifex habeat huiusmodi liberam fa-  
 cultatem: quoniam nihil obstat in contrarium, iuxta  
 illud D. Apost. Non cognouit peccatum: nisi per le-  
 gem; Igitur poterit licitè uti etc. Eo magis, quia vè  
 dicit idem Michael, eodem libro, Patrimonium Ec-  
 clesie

12. sent. d.  
 3. q. 2. art.  
 3 ad secō-  
 dium arg.  
 Gerardi  
 senensi 1.  
 sen. d. 1. q.  
 5. art. 3.  
 simile.

D. P. Aug.  
 de verb.  
 Apost. se.  
 25.

michel so-  
 lon valen.  
 lib. de tu-  
 st. & iur.  
 q. 1. ar. 1.  
 soucl. 2.

Diff. dom-  
 iny ad Ro.  
 c. 7.  
 q. 4. ar. 3.

clesiæ (secundum opinionem Iurisconsultorum) nō est subiectam Imperatori. Forsan quia, vt dicit Th. noster Argentinas, Papa nullum in hoc mundo habet superiorem, & B Egidius noster Ecclesiæ primus est summus, Pontifex, & sic, cum nulli subditus sit humane potestati, nec Ecclesiæ patrimonium &c. quis enim præter Deum impedire poterit summum Pontificem, ne eodem libere vtatur dominio? nemo quidem.

*Th. ab ar.  
4. sent. d.  
19. qu. 1.  
art. 3.  
Egid. Ro.  
2. sent. d.  
44. qu. 2.  
ar. 3. dub.  
1. lat. in  
corp. dub.*

*Psal. 102.  
ver. ult.  
& ps. 81.  
vers. ult.  
conclus. 5.  
auctorita-  
e D. Ap.  
ad Phil. c.  
2. qui cō  
in forma  
Dei esse  
C.  
Ser. de E-  
piph. Do-  
mini.  
Ps. 71.  
D. Apost.  
ad Philip.  
c. 2.  
Ad Ro. c.  
14.*

*philippus  
lib. 4. de  
celo, &  
mundo  
tex. 25.*

Præterea Dominus Iacobus noster Valentinus super Psal. Benedicite Domino omnia opera eius &c. dicit ex quo patet, quod Christus habet vniuersale dominiū in cœlo, & in terra, & omnia obligata sūt Christo, sic etiam, & Michael Durazinus noster Emporiensis lib. suorum Sermonum de Aduentu Domini, & etiam quadragesimæ. Ex quo patet, quod isti, tres magi Christum adorantes: iuxta illud Psal. Adorabunt eum omnes Reges terræ, demonstrant, Christo omnes nationes esse subiectas: sicque omnes dignitates, & Sermone de Circumcisione Domini secundum illud D. Apost. In nomine Iesu omne genuflectatur, cælestium: terrestrium: & infernorum &c. ex quo patet omnia Domino Iesu Christo esse subiecta, siue obligata, ergo sic dici potest, de eiusdē Vicario, quia D. Apostol. etiam dicit, in hoc enim Christus mortuus est, & resurrexit, vt viuorum, & mortuorum dominetur, quid igitur mirum si eiusdem Vicarius, nempe Papa viventibus recte dominetur, ac eorum bonis vtatur temporalibus orans enim.

Cant. c. 1.

Cant. c. 1.

Cant. c. 1.

Cant. c. 1.

Cant. c. 1.

Cant. c. 1.

Cant. c. 1.

D. P. Aug.

Psal. 25.

Conc. 2. lit

tera E.

cap. 12.

Prosp. lib.

8. disertat.

2. cap. 13.

D. P. Aug.

D. P. Aug.

D. P. Aug.

D. P. Aug.

D. P. Aug.

D. P. Aug.

P. 15, ed

iusto iure

dominandi

cap. 24.

enim formam, dat consequentia ad formam saltem  
 implicite per Philosophum. Vnde ad rem optime  
 norat Iacobus noster Valent. super Cant. Cant. cir-  
 ca finem, quod diuitiæ, & redditus Ecclesiæ; licet  
 sint bona temporalia; tamen sunt annexa spiritali-  
 libus; & ideo per murenulas aureas, intelligit bo-  
 na merè spiritalia Ecclesiæ, vt gratiam Sacramen-  
 torum, & donorum, & per Vermicularas, seu pun-  
 cta argentea, bona temporalia annexa spiritalibus,  
 ergo &c. quo quidem dominio aliquo pacto vsus  
 est etiam Dominus Iesus Christus; nam secundum  
 D. P. Aug. munera temporalia, aliquando accipiun-  
 tur ab Ecclesia, quod dico, & Dominus accepit, &  
 Petrus oculos habuit, eaque mittebantur Iudas auf-  
 ferebat, &c. Sic etiam testatur Venerab. Beda super  
 Luc. sic etiam asserit Prosper Stellaritius noster Au-  
 gustinomachia, idest pro Augustino, & Augusti-  
 nianis, de mente D. P. Aug. serm. de Apost. refe-  
 rentis dictum Ioannis Euangelistæ: Ipse Dominus  
 oculos habuit in via &c. ergo &c.

## CAPVT QVARTVM.

*In quo Auctor sequitur agere de eadem  
 materia.*

**B**Eatus Simon noster de Cassia dicit iustum igi-  
 tur ius dominandi, atq; dominij non est ex eo,  
 quod ab hominibus instituitur, aut agitur; sed ex  
 eo,

eo, quod ex diuina lege conceditur, aut permittitur a qua iuste regentes, iusti vocantur Domini &c. & eodem cap. 2. eiusdem libri sic habet, Hic iustum in mundo Imperium habuit, cui Deus omnes illos paucos, & animalia subdidit, & non tantum filijs dominabitur, quia Pater est &c. sed etiam in eo, quod homo iustus, atq; perfectus, quem Dominus velut suū Vicarium praeceerat: modo sic dicimus, vel iste B. Doctor intēdit loqui de Adam, vel de filio suo Christo, de quo S. Fulgentius noster serm. Epiph. Domini ser. 4. infra oct. contra Herodem insurgens, dicit, Rex iste & Christus non venit pugnando Reges superare; sed moriendo mirabiliter subiugare, vel etiā de summo Pontifice, qui ex diuina institutione, Christi locū tenet, & consequenter Reges subiugati Christo, de qua subiugatione dicitur, inconueniendo populos in vnum, & Reges vt seruiant Domino, intelliguntur subiugati etiam ipsi summo Pontifici eiusdem Redemptoris maximo Vicario. Ergo etc. ex eo quia, quod est primum in aliquo genere, est mensura omnium, quae sunt in eodem genere: vt apertē docet Philosoph. modō cum summus Pontifex sit mensura, & Regula omnium rerum, & Principum terrenorum meritō praesumitur primus inter eosdem omnes Reges, ac Principes; imō Principium omnium regaliū dignitatum: quia Philosoph. dicit, idem dico primū, & principium. nam B. Augustin. noster Anthonitanus, est Dominiū Papae, & Christi; sicut idē est Dominiū delegantis, & delegati; Petrus autem, & cæ.

*D. Fulgentius lib. 2. contra Herodem. in surgens*

*Psal. 108*

*Philosoph. 12. meta.*

*Philos. 1. post tex. 5. Aug. Anc. lib. de post. Eccl. 9. 36 art. 3.*

G teri





*Apost. 2.  
ad Corin.  
cap 5.  
Prouerb.,  
cap. 8.*

*Simile.*

*Philosoph.  
1. Cali.  
sec. 116.*

*Bartholo.  
Chassane?  
in Cathal.  
glor. mun-  
di 4. parte  
consid. 2.*

teri Apostoli, ac successores omnes sunt Christi legati. D. Apostolus pro Christo legatione fungimur &c. & de Christo dicitur, per me Reges regnant &c. & sic quæcunq; laicalis, & Regia potestas temporalis. cum mensuretur a Christi potestate, mensuratur etiam a Papæ potestate, quæ & si compararetur ad Domini nostri Iesu Christi potestatem, tamquam effectus ad suam causam, in qua idest Christo certè est eminentiori, perfectiori, & excellentiori modo, vlla (vt ita dicamus) absq; comparatione; tamen eadem Papæ potestas, quæcunq; sit, est Christi potestas ratione deriuationis, seu communicationis eidem summo Pontifici communicata, immediatè secundum capacitatem, conuenientiam, & modum suo statui conuenientem. Ergo quæcunq; alia potestas humana meritò subiecta est potestati Pontificiæ. Hoc etiam probatur per similem rationem. Nam philosophus loquens de potentia naturali dicit, potentia terminatur ad maximum atque potentia Pontificia, cum sit supernaturalis, ratione suæ originis, terminanda erit etiã ad maximum. Ob id enim Papa dicitur Pontifex maximus: quia eiusdem potestas super maximos se extendit; idcirco iure optimo Barthol. Chassaneus Burg. in Cathal. gloria mundi accipiens illud Saluatoris, Ite in vniuersum mundum &c. loquens de Sacerdotibus, dicit quos idest Sacerdotes voluit Regibus, & Principibus totius orbis præesse, tanquam excellentiores, inter quos adhuc vnum caput, & summum Vicarium ordinauit, Petrum, & suc-

& successores, & idem eadem quarta parte, dicit, Pa-  
pa est Imperatore maior, & per Barth. in cap. nouit,  
num. 141. & 142. etc. infra eadem consideratione,  
Papatus videtur esse prior Imperio, cū Sacerdotium  
initium habuerit à Melchisedech, qui fuit Sacerdos  
Dei altissimi, & hunc tradunt Hebræi fuisse Sen pri-  
mogenitum Noe. Dominium verò temporale initiū  
habuisse postea a Moyse populi Duce a Deo consti-  
tuto. postquam secuti sunt Iudices, vt dicitur lib. Iu-  
dicum per totum etc.

*Consid. 7.*

*Gen. 14.*

Præterea ad rem Ambrosius noster Chariolanus  
in expositione regulæ S. Patris Aug. tex. quando si-  
mul estis in Ecclesia etc. accipiens illud Saluatoris.  
Data est mihi omnis potestas etc. & illud Lucæ, &  
Dabit illi Dominus sedem David patris eius, & sic  
probat Dominum Iesum Christum esse verum om-  
nium Dominum, & parum infra tex. Proposito tan-  
quam Patri obediatur etc. idcirco Romano Pontifi-  
ci: quoniã omnis potestatis, & quoad omnia, & quo-  
ad omnes habet plenitudinem etc. & idem eadem re-  
gula tex. timore coram Deo etc. Prælati se habent ad  
subditos: quemadmodum Imperatores ad exercitus  
suos: modo, cum summus Pontifex sit Prælatum om-  
nium prælatorum: ergo non minorem facultatem  
respectu omnium habet, quam Imperatores compa-  
rati ad suos exercitus: imò maiorem. Quare non  
abre Iacobus noster Veldius in tabula sua Euange-  
liorum Dom. 4. Quadrag. 2. notando, Ecclesiæ con-  
cedit subsidium, seu vsum bonorum temporalium

*Matth. 28.*

*cap. 1.*

*Iacobus  
Veldius*

CONTINUED

D. Ambrosij, lib. 2. officiorum c. 28. C. de summa Trin. Trin. Et fid. Cath. l. nemo. Glos. de in flit. de iur. nat. 7. Cap. cū Paulus 1. q. 1. l. ff. de Alb. Severil. Evangelista Pata. lib. 4. Theologicis Theoromibus Theor. 4. p. 2. tit. E. Pulcherrius a comparationes.

de merito D. Ambrosij, Aurum habet Ecclesia, non ut seruet, sed ut erogat, & subueniat necessitatibus etc. Quocirca cum Clerici sint digniores militibus. Unde cum milites de facto utantur diuitijs, auro, argento, ac deniq; dominio temporali: ut manifesta experientia docet: ijdem multo magis ut poterunt Clerici, & præcipuè summi Pontifices etc. Digniora enim sunt præponenda, ut notat Glos. cum igitur Clerici sint cunctis alijs digniores: consequenter præponendi sunt circa vsum Dominijs temporalis etc. Præterea hoc idè clarè videtur asserere Evangelist. Bossius noster Patavinus distinguens de duplici potestate ordinaria, & delegata, prima ad Pastores, & Præsules. Secunda ad eos quibus demandatur a summo Pontifice, Hierarchiæ ordinis Cathedræ R. E. omnium Principum, summo Principe: qui primatu, est Abel gubernatu Noe, ordine Melchisedech, Patriarcha Abraham, benedictione Iacob, Ducatu Moyses, vocatione Aaron, Principatu Iosue, virtute Gedeon, Iudicatu Samuel, rectitudine David, sapientia Salomon, zelo Elias, spiritu Eliseus, veritate Esaias, integritate Hieremias, constantia Ezechiel, desiderio Daniel, potestate Petrus, vñctione Christus, fortitudinæ Sanson, qui Leones, idest fidei Catholicæ hostes inter fecit ergo &c. Idem Evangelista, qui supra, Bossius eodem loco accipit illud Hieremiæ pro Papu, Ecce constitui hodie super gentes, & regna, ut euellas, & destruas, & disperdas, & dissipas, & ædifices, & plantes; vbi notat

quatuor

quatuor mala auferenda à Summo Pontifice, & duo bona facienda. Primo, vt euellas errorum spinas, destruas Hereticorum edificia, disperdas Hostium fidei conuenticula, & dissipes omnes machinas, fidem catholicam impugnantes, & duo bona ædifices lapides viuos, & plantas nouella germina Christo &c. ergo per supra dicta omnia à dicto doctissimo viro, nedum spirituale: sed etiam temporale dominium rectè summo Pontifici conuenit.

Præterea hoc idem asserit, & docet B. Albertus no-  
ster Patavinus Doctor Parisinus super Matth. ver-  
bo, data est mihi omnis potestas &c. vbi notat,  
vt dicitur in decretis prima pars libri, Duo sunt  
Imperator Augustè, quibus regitur mundus prin-  
cipaliter, autoritas sacra Pontificum, & Rega-  
lis potestas, vna spiritualis, altera temporalis  
est; sed tamen spiritualis potestas longe excellen-  
tior est temporali, & honor, & sublimitas Epi-  
scopalis, nullis comparationibus potest adæqua-  
ri, si regum fulgore compares, & Principum  
diademati, longe inferiora erunt, quasi Plum-  
bi metallum ad aurum, seu auri fulgorem com-  
pares, nihil est in hoc sæculo excellentius Sacer-  
dotibus, nihil potest sublimius reperiri, ista pote-  
stas spiritualis, quæ est in Sacerdotibus nomine celi  
potest intelligi, temporalis vero potestas nomine  
terræ intelligitur: Christo igitur data est omnis po-  
testas: quia Sacerdotalis, & Regalis etc. de Sacer-  
dotali

*D. Alber.  
Pata. su-  
per matt  
cap. 28.  
Dist. 96. c.  
bene.  
lib. serm.  
Annual.  
in festo S.  
Trinit.*

*pulchra cõ-  
paratio.*

dotali dicitur ab Apostolo, pro nobis ingreditur Ie-  
sus secundum ordinem Melchisedech Pontifex fa-  
ctus est; de Regali dicitur Malachiae Rex magnus  
ego sum dicitur Dominus exercituum: praeter has  
data est Christo. Tertia potestas, quae dicitur distri-  
butionis: quia Sacerdotium, et Regnum, cui vult  
potest distribuere, et ascendens in caelum, vtranq; re-  
liquit Ecclesiae suae potestatem. Vnde 2. 2. dist. cap.  
omnes dicitur, quod solus Christus fundavit Ro-  
manam Ecclesiam, qui B. Petro aeternae vitae clavi-  
gero terreni, simul et caelesti Regni contulit pote-  
statem. Vnde haec ultima particula manifestè ad re-  
nostram facit etc. et ita sentire videtur D. Gregorius  
Nissenus, de Christi Principatu sermonem habens,  
dicit: sed Dominus virtutum, qui mundi principatū  
obtinet etc. Ipse est Rex gloriae, id etiam asserit Do-  
minus Iacob. noster Valent. dicens in Christo fuit,  
et est potestas Regalis, et Sacerdotalis tanquam in  
fonte, et capite, et primo loco ponit sacerdotale etc.  
Vnde cum Papa pro ipso Christo, & nomine ipsius  
regnet, regat, & gubernet ergo claram, & apertam  
vtranque habet potestatem &c.

Praeterea Dominus Bartholomeus noster Urbi-  
nensis in milleloquio S. P. Augustini, verbo claves,  
de mente eiusdem lib. de peniten. circa finem post mul-  
ta & c. dicit: Has igitur claves dedit Ecclesiae suae, ut  
quae soluerit in terra, soluta essent in caelo & c. tan-  
dem circa finem, dicti verbi, claves sic dicit; tamen  
certiores sunt claves Ecclesiae, quam corda regum,  
qui-

quibus clauibus quodcunq; in terra soluitur, etiam in celo solutum promittitur. Et multo honestior est humilitas, qua se quisq; humiliat Ecclesie Dei, & labor minor imponitur, & nullo temporalis mortis periculo, mors aeterna vitatur; en igitur qualiter dignitates humanae, quaecunq; sint, primam dignitate recognoscere in quibuscunq; debet, & tenetur ergo. etc.

Præterea hoc idem egregiè demonstrat Petrus noster de Aragona libro suo de iustitia, & iure, dicens, & probas sufficienter istas duas potestates, spiritua- lem nempe, & temporalem, non esse impossibiles: imò esse p se coniunctas &c. Nā in lege naturæ Melchisedech fuit Rex, & Sacerdos: vt ad Heb. Gen. & primogeniti iure legitimo, habebant vtranq; dignitatem: vt dicit turecremata: in lege autem scripta, in Moyse simul resedit vtraq; potestas, de Sacerdotali, dicitur, Moyses, & Aaron in Sacerdotibus eius, de temporali autem res perspicua, & manifesta est. Secundo autem probat idem secundum turecremata, capite duo sunt. 96. d. ad tertium & lib. 1. sum: cap. 90. & lib. 2. cap. 114. & de mente Assueri Pelagij, sic, dicens, quemadmodum homini duplex finis fuit præpositus, naturalis, et super naturalis, naturalis nihil aliud est, quam viuere secundum vitam moralem, & per se dirigitur, ac etiam est necessarius ad supernaturalem; nam qui virtutibus moralibus non est præditus, prauè viuit, & non est idoneus ad beatitudinem consequendam, etc. Ita Deus debuit duplicem supra hominem constituere potestatem, naturalem et su.

Petrus de  
Arag. lib.  
de Iust. &  
iure q 67.  
art. 1.

cap. 7.  
cap. 14.  
Turecr. lib.  
2. Sum. c.  
116 ad 2.  
Psal 98.

Assue. Pe-  
lag. lib. 1.  
de Plantin.  
Eccle. ars.  
36. in fine  
& ad 4. in  
prin.

duplex fi-  
nis, natu-  
ralis, et su-  
pernatu-  
ralis.

et supernaturalem, et quemadmodum finis naturalis non habet simpliciter rationem finis; sed in tali genere naturali, et tunc perficitur, quando superponitur alter; ita potestas temporalis (cuius intentio est subiectos inducere ad virtutes morales, & ad finem supernaturalem) non habet rationem perfectam potestatis, nisi subordinetur alteri scilicet spirituali etc. sicut in artibus et facultatibus ad inuicem subordinatis, superior non solum continet in se vim, et rationem inferiorum: sed etiam præscribit illis modum agendi, et inter ipsos artifices est vnus, qui appellatur Architetonicus, qui continet, dirigitq; alios in finem: ita debuit institui, seu constitui vna suprema potestas, etiam Architetonicus, cui per se potestates inferiores, omnino subijcerentur. Vnde Bonifatius Papa in Estrauaganti, vnâ Sanctam S. M. E. oportet gladium esse sub gladio, & potestatem temporalem esse sub spirituali potestate, & D. Apost. non est potestas nisi à Deo, & mox quæ à Deo sunt ordinata sunt: non autem essent ordinata, nisi gladius esset sub gladio, &c. & D. Dionisius, dicit, lex diuinitatis est, infima per media in superiora reduci &c. Sic quæ concludit ex dictis Christum esse verum Regem, de quo verificari debet, ac potest illud Psal. Regnabit Dominus in sæcula, & Deus tuus Sion in generatione, & generationem, habentem vnamquamque potestatem, similiter, & Summum Pontificem habere easdem, & non habere Imperatorem superiorem, nec quemuis alium de lege

or-

*Simile**100. Papa*

*Duplex  
gladius spi-  
ritualis, et  
temporalis;  
secundus  
sub primo  
D. Apost.  
ad Rom. c.*

*13.  
D. Dion.  
l. de Ang.  
Hier.*

*Psal. 145.*

ordinaria &c. ibiq; soluit multas difficultates incon-  
trarium, vt est ibidem videre &c. ergo Summus  
Pontifex potest licitè vti vtroq; gladio; idest, domi-  
nio spirituali, & temporali.

*Hiero Sa-  
rip. Neap.  
ad Gal. q.  
14.  
Matt. 6.*

Præterea Dominus Hieronymus noster Scripan-  
dus Neapolitanus super Epist. D. Apost. ad Galat.  
agens de primatu D. Petri accipit illud Saluatoris,  
tibi dabo clauis Regni cœlorum &c. dicit de eodem  
primatu D. Petri, ac de summa eiusdem potestate in  
Ecclesia Sancta Dei sibi à Iesu Christo collata, su-  
per petram edificata est Ecclesia Christi; Petri gu-  
bernatione, & cura firmissimè, & immobilis petrae  
fundamento sustentatur, & ab omni impendentis  
ruinae periculo, solum tectum seruatur, atq; defen-  
ditur, & defendi voluit &c. quod quidem fieri non po-  
terat sua potestate, & sine eo imperio, quod Christi  
Vicarium decet, &c. en quomodo distinguit in pe-  
tro Summam potestatem, ab imperio, & distinguen-  
do reponit in ipso, quod debet intelligi temporaliter,  
tum propter distinctionem allatam, tum etiam, quia  
parum infra, idem dicit, Clauis enim Regni cœlo-  
rum, potestatem Petro dederunt, & de fide, & de mo-  
ribus de mari &c. Mare (certum est) esse quid tempo-  
rale, ergo Summus Pontifex Petri successor poterit  
iustè vti temporali dominio, non obstante spiritua-  
li &c.

Præterea Thadeus n̄ Perusinus Theologorum p̄-  
cipuus, olim Prior Generalis totius ordinis nostri  
Augustiniani, in opere suo pulcherrimo super Isaiã

*Thad. Pe-  
rus. ca. 32.*

H pro-



prophetam, vbi magnam digressionem de eadem materia faciens constanter, ac firmissimè docet, summum Pontificem esse verum dominum temporalem, scilicet temporalium, vbi etiam disputatiuè, & subtilissimè disputat huiusmodi questionem ad ambas partes, quam ponemus circa finem præsentis tractatus etc.

## CAPITULUM QUINTUM

*In quo Auctor sequitur agere de eadem materia nouas adducens rationes.*

*Psal. 85.*

*Psal. 96.*

*Ex Ps. 98.*

*eadem Ps.*



Ilius a Patre petijt Imperium, & Regnum vniuersale. Vnde dicit, respice in me, & miserere mei, & da Imperium puero tuo etc. sic exponit D. Iacob Valent. noster de Regno, & Imperio vniuersali etc. quod videtur accepisse, vnde dicitur, Dominus regnauit, & exultet terra etc. quod similiter exponens idem Dominus Iacobus Valent. docet Dominum Iesum Christum in forma humana post resurrectionem suam accepisse vniuersalem potestatem in cælo, & in terra etc. Dominus regnauit irascantur populi, qui sedet super Cherubim etc. id est Christus sedet super duos populos Gentilem, & Iudaicum, & ideo dicitur, Dominus in Siõ magnus, & excelsus super omnes populos etc. intelligitur quo ad Dominum temporale, quod quidem proculdubio communicatum fuit Ecclesiæ Prælati, & Papæ principaliter. Nam Anna prophetissa in suo Cantico sic dicit, Dominus pauperem facit, & ditat, humiliat,

*Reg. 1. 2*

humiliat, sublimat, suscitatur de pulvere egenum, & de stercore eleuat pauperem; ut sedeat cum Principibus, & solium glorię teneat, quod exponens idem Dominus Iacob Valent. dicit, Dominum nostrum Iesum Christum, non solum transtulisse bona spiritualia gratiæ à Sinagoga in Ecclesiam; sed etiam regnum, & sedem Sacerdotalem; hinc sequitur Anna ubi supra, Domini sunt cardines terrę, & posuit orbem & Ecclesię super eos. Nam tota Ecclesia vertitur, gubernatur, & regitur super Prælatos, doctores, & sacerdotes etc. At inter hos maior: immò maximus, & principalis est Papa, de quo verificari potest illud dictum, solium glorię teneat, cum sedeat cum Principibus immò super omnes Principes etc. Ergo summus Pontifex regnat, nedum spiritualiter, verum etiã, & temporaliter.

Præterea Gregorius noster Lusitanus Coronel de mente D. Leonis Papæ Epist. 73. dicit, debes incontranter aduertere Regiam potestatem, tibi non solum ad mundi regimen; sed maxime ad Ecclesię præsidium esse collatam; ut usus nefarios comprimendo, & quę sunt instituta defendas, & veram pacem hijs, quę turbata sunt restituas, & parum infra, eodem capite de mente S. Ioan. Grisost. Hom. 4. in verbis Isaia, maior est Sacerdotis, quam Regis principatus. Propterea Rex caput Sacerdoti submittit, et ubiq; in sacra veteri scriptura, Sacerdotes inungebant Reges, et de mente S. Epiphaniij Epist. 2. serm. 29. largitus Christus suble constitutus Regnum, ne diceretur à

Greg. Ius  
lib. 3. de  
opt. Reip.  
Statu.

paruis ad maiora procedere: manet, Thronus Christi, & Regni eius non erit finis, & sedes super Thronum Dauid: itaut, & Regnum, cum Pontificatu trāstulerit, & largitus sit Ecclesiæ. Ergo ( dicit idē Gregorius ibidem ) omnes Reges, & Regna, Imperatores, & Imperia subiecta sunt Imperio Ecclesiæ. Vnde declaratiuè addi potest quantum etiam ad Dominium temporale: quoniam dicit Regnum, & Pontificatum ipsius Dauid translatum esse ad Pontifices &c. Regnum enim Dauid fuit temporale: qua de re, & sic consequenter iustè Summus Pontifex ( ad quē dicti Regni temporalis facta est translatio ) temporaliter regnare poterit, præcipuè ad auferendam tyrannidem, & ad vindicandam iniuriam per malos Reges subditis factam, vt dicit idem eodem lib. circa finē, subinfertur modo, ergo multo magis ad vindicandam iniuriam vniuersali Ecclesiæ factam &c.

Greg. Lusit. cap. 14

Greg. Lusit. cap. 5. circa medium.

Psal. 2.  
Psal. 104.

Præterea idem Gregorius noster Lusitanus eodē lib. 2. optime docet Dominum nostrum Iesum Christum & eius Vicarium Summum Pontificem, non esse duo capita: sed vnum tantum caput. Nam Zorobabel, qui Christi figura fuit, & Christus, non duo capita fuerunt: sed vnum tantum, ergo à pari Summus Pontifex dicitur Christi Vicarius; quia Christi vicem gerit; vnde cum Christus habeat omnes potestates, sic eiusdem Vicarius, &c. & si non eodem modo vt dictū est: additur, de Christo enim dicitur, quoniam Domini est regnum, & ipse dominabitur gentibus ergo pariter, & Papa &c. & confirmatur nam dicitur

dicitur, constituit eum Dominum domus suæ, & Principem omnis possessionis suæ, quod dictum Psal. mi Dominus Iacob. noster Valent. interpretatur de Ioseph, in Ægypto, qui similiter Christi figura fuit dicitur idem. Ergo à Dominio temporali ipsius Ioseph, figuratiuè habetur Dominium temporale Christi, & consequenter eiusdem Vicarij Summi Pontificis &c.

*Psal. e.  
vers. 1,*

Præterea idem Gregorius Lusitanus; idem Dominium temporale Summi Pontificis, probat per quandam auctoritatem D. Apost. Ut non sit Scisma in corpore, cuius membra sunt, non solum Episcopi, cæteri q; diuino cultui peculiariter mancipati; sed & reliquus populus, quos laicos dicimus, vt Imperatores, Reges ciuiles cetus, & rerum publicarum magistratus, etiam quatenus ciuiles existunt, quæ sunt membra vnius capitis Romani Pontificis. Idem Gregorius Lusitanus, de mente D. Apost. Vos fratres per nomen Domini Iesu Christi, vt id ipsum dicatis omnes, & non sint in vobis Schismata, sitis autem compositi in eodem sensu, & eadem sententia; de quo etiam dicit D. Th. Ecclesiæ autem vnitas in duobus attenditur, scilicet in comissione membrorum ad inuicem, seu in communicatione, & iterum in ordine omnium membrorum Ecclesiæ ad vnum caput, secundum illud, in flatu, sensu, carnis suæ, & non tenens caput, & quo totum corpus per nexus, & coniunctiones, subministratū, & cōstru-

*Greg. Lu-  
sit. lib 3.  
de op. Rei.  
statu c. 12  
Apost. 1.  
Cor. c. 12.*

*Greg. Lu-  
sit. lib. 1. de  
vera Chri-  
sti Eccl. pa-  
gin. 20.  
D. Apost.  
1. Cor. c. 1.  
D. Th. 1. 2:  
q. 39 ar. 1.  
in corp.  
D. Apost.  
ad Col. c. 2*

Etum crescit in augmentum Dei, hoc autem caput est ipse Christus, cuius vicem in Ecclesia gerit Summus Pontifex. Scismatici dicuntur, qui subesse renouunt Summo Pontifici, & qui membris Ecclesie ei subiectis communicare recusant: contra quos Scismaticos idem D. Th. eadem quaestione, & articulo ad tertium argumentum sic dicit, sicut fides, & charitas sunt diuersae virtutes: ita etiam Schisma, & Heresis sunt diuersa vitia, quamuis quicumque est Hæreticus, sit etiam Scismaticus, & non è contra, vt etiã dicit D. Hieronymus. in Epistolas, ad Galatas. Schisma enim tandem est via ad hæresim: ad rem itaq; redeuntes, talia membra gubernari debent ab eodem suo capite, cum dicat idem Gregorius Lusitanus, circa medium, loquens de auctoritate Ecclesiastica; Hæc enim sola legitimam in omnes exercet iurisdictionem, & nullius alterius quam sempiterni Dei est subiecta iudicio, quod quidem pulcherrimum dictum, confirmari, seu corroborari potest auctoritate Philosophi ( vt superius tactum est ) omnem potentiam; terminari ad maximam &c. seu per superabundantem &c. ita à pari, omnis alia potestas ad maximam, seu superabundantem Summi Pontificis potestatem tamen si quis diceret Philosophum intelligendum esse solum de potentijs naturalibus. Dicendum est cum iuris consultis, de similibus idem esse iudicium: sed istæ potentia, tam naturales, quam iurisdictionales sunt similes; ergo &c. ff. Vi, ad l. qui. l. illud & C. ad l. fal. l. vlt. vel aliter per alia verba, similis æquitatis ratio, similia iura suadere debet. Præ-

D. Th.

D. Hier. in  
Epist. ad  
Gal.Greg. Lusit.  
eod. lib. ca.  
16.Phil. 1. Cel.  
xx. 116.Responsio  
ad tacitam  
obiectionem.

Præterea D. Thom. dicit Christum esse caput, omnium eorum, qui ad Ecclesiam pertinent, secundum omnem locum, & tempus, & statum, alij autem homines dicuntur capita secundum quædam specialia loca, sicut Episcopi &c. & secundum determinatum tempus sicut Papa est caput totius Ecclesiæ tempore sui Pontificatus, & secundum determinatum statum, nempe viæ. alio loco Christus est caput Ecclesiæ propria virtute, & auctoritate: alij verò Domini capita, in quantum gerunt vicem Christi. Nam & ego si quid propter vos in persona Christi, &c. Pro Christo legatione fungimur &c. ex dictis autem, quod præcipuè ad nostrum facit propositum, est, quod Papa est caput totius Ecclesiæ, ut pluries supra dictum est. At D. Thom. eadem quæst. loquens de Christo caput Ecclesiæ, dicit tria esse in capite consideranda, primo ordinem, secundo perfectionem, & tertio virtutem: ordinem quidem: quia caput est prima pars hominis incipiendo à superiori &c. perfectionem: quia in capite vigent omnes sensus interiores, & exteriores: virtutem tandem, quia virtus, & motus cæterorum membrorum, et gubernatio eorum est à capite in suis actibus propter vim sensitivam, & motiuam dominantem; quoad primam conditionem, verificatur illud Ieremiæ ad omne caput viæ posuisti lupanar tibi, inde est quod omne principium consuevit vocari caput. quoad secundum dicitur Isa. Senes, & Honorabilis ipse est caput, & quo ad tertiam conditionem verificatur illud primi Regum, cum esses parua.

D. Th. 3. p.  
q. 8. art. 6.  
i corp. art.

D. Apost.  
2. Cor. c. 2.  
2. Cor. c. 5.

D. Th. 3. p.  
q. 8. art. 1.  
i corp.

Simile.

cap. 2.  
cap. 9.  
cap. 13.

paruulus in oculis tuis caput in Tribubus Israel factus es. Vnde Rector, caput Populi dicitur; Cum ergo hæc omnia aptè tam spiritualiter, quam etiam temporaliter Summo conueniant Pontifici, præcipuè propter vim motiuam, & sensitiuam dominantem, gubernatio &c. Quæ omnia naturaliter conueniunt naturali capiti, ne dum spiritualiter, verum etiam corporaliter, Ergo, ita à pari &c.

Præterea, etiam quia Corona capiti conuenit, & solet apponi, seu caput coronatur: hinc est quod Dominus Angelus noster à Camerino in sua Cronistoria, & de itinere Summi Pontificis, ac de baculo Iurisdictionis eiusdem, nec non de Coronatione Papæ eodem lib. loquens, non sine potissima ratione, & causa, sic dicit. Summus Pontifex utitur illa corona, quæ communiter dicitur, Regnum mundi; ergo mundo temporaliter dominatur, ut caput &c. Idcirco idem Dominus Angelus eodem lib. maxima ductus ratione summo opere laudat zelum iustitiæ, cū charitate, & humanitate Summi Pontificis gubernando &c. ergo iam dictas virtutes Summus Pontifex exercet, nedum spiritualiter verum etiam, & temporaliter.

Præterea Thomas Brouinus noster Bononiensis in suis sermonibus manu scriptis, super verbum Saluatoris, site non audierit, dic Ecclesiæ, apertè ostendit potestatem Ecclesiasticam etiam temporalem figuratiuè, exemplo desumpto ex 2. lib. Machab. Vbi sic dicitur, igitur cum sancta Ciuitas habitaretur in omni

Ang. a Cā.  
cap. de sac.  
function.

Cap. de ca  
thol. Sacri  
fla. or. n. i  
Augusti.

Th. Bon. se  
3.3. Dom.  
quadrag.  
Matt. 18.  
cap. 3.

omni pace, leges optime adhuc custodirentur, propter oniam Pontificis dispositionem, & pietatem, & animo odio habentes mala, fiebat, ut, & ipsi Reges, & Pontifices locum summo honore dignum dicerent; & templum maximis muneribus illustrarent &c. si ergo tanta fuit veteris testamenti Pontificis potestas, ut leges obseruarentur, & Reges templum recognoscerent &c. à minori ad maius, vel à figura ad figuratum quanto maior debet esse, & est de facto potestas Summi Pontificis nouæ legis: ergo &c.

Præterea Thadeus noster Locatellus Ariminensis, de mente D.P. Aug. dicentis, oportet enim, ut seruo Dei habenti aliquem honorem in Ecclesia Dei, deferatur primus locus; quia si non deferatur, malum est illi, qui non defert, non tamen bonum est illi, cui defertur: oportet ergo, ut in Congregatione Christianorum Præpositi plebis eminentius sedeant; ut in ipsa sede distinguantur, & eorum officium satis, non tamen, ut imitentur de sede &c. Igitur maiores Præpositi eo eminentius sedere debent &c. at Summus Pontifex est maior totius Ecclesiæ præpositus; ergo altius super omnes alios potentatus, ut in ipsa sede ab alijs potestatibus ratione superioritatis omnino distinguatur officium eius super omnes alios &c. dic ergo Ecclesiæ &c. & ad rem satis aptè B. Egidius Rom. dicit, Papam esse super omnes alios, & non pertinet ad eum obedire alijs hominibus &c.

*Tha. arim.  
ser. Quad.  
eiusd. ser 3  
ubi sup. sit  
per idēuer.  
Salua. si te  
non audien  
rit &c.*

*D.P. Aug.  
de tēp. ser.  
234.*

*B. Egi. Rō.  
quolib. 3.  
q. 6.*



## CAPVT SEXTVM.

In quo Auctor sequitur agere de eadem materia nouas adducens rationes.



Per. 3.  
dom. 3.  
math. 18.  
cap. 61.

ps. 44.

D.P. Aug.

Ranciscus noster Recanatensis lib. suorum sermonum quadragesimalium super idem dictum Saluatoris site non audierit dic Ecclesie &c. accipiens illud Isaia, vos autem Sacerdotes Domini vocabimi Dei ministri &c. dicit per hos ministros, & Sacerdotes, non solum intelligendos esse communiter omnes Sacerdotes, sed multo magis Sanctae Ecclesiae Praelatos, ac Sanctos Apostolos: ita etiam exponit, & sentit Thadeus Perusinus eundem locum Isaia, eodem loco, vnde dictum ministerium, nedum intelligi potest in spiritualibus; sed etiam in temporalibus cum dicatur, pro patribus tuis nati sunt tibi filij: constitues eos Principes super omnem terram &c. quam sententiam D.P. Aug. eodem loco exponens, sic declarat; Patres missi sunt Apostoli, pro Apostolis filij nati sunt tibi: constituti sunt Episcopi; hodie enim Episcopi, qui sunt per totum mundum; vnde nati sunt? ipsa Ecclesia patres, illos appellat, ipsa illos genuit, & ipsa illos constituit in sedibus Patrum. Non te ergo putes desertam: quia non vides Petrum, quia non vides Paulum, quia non vides illos, per quos nata es de prole tua, tibi creuit Paternitas &c. Idcirco dic Ecclesie vti matri in omnibus plenam habenti facultatem, vt potest

test manifestè probari per iam dicta, & dicenda, ad mentem etiam Domini Iacobi Valentini exponentis prædictum versiculum Psalmi &c. quia pro patribus, idest loco, & vice Patriarcharum, & Prophetarum nati sunt tibi filij Apostoli Sancti &c. ideo hos constitues Principes super omnem terram; hoc idem dicit Ecclesiæ cōgregate ex gētibus, ne timeas &c. quia habuisti Summos Philosophos, qui in sciētia humana floruerunt, & Reges, & Imperatores, qui armis, & legibus totum orbem subiecerunt: nā pro illis Patribus tuis, idest loco Platonis, Socratis, Aristotelis, & cæterorum Philosophorum, & loco Ciri, Darij, Alexandri, Cæsaris, Pompei, Octauiani, cæterorumque famosorum Regum, & Imperatorū nati sunt tibi filij Sancti Apostoli, & Discipuli &c. hos constitues Principes super omnem terram, etiā secundum temporale dominium, cum positi sint loco prædictorum dominorum temporalium &c. dic ergo Ecclesiæ habenti verum dominium tam spirituale, quam temporale.

*D. Iac. Val*

Præterea idem Franciscus noster Recanatensis eodem loco vbi supra, idem dominium Ecclesiæ tā spirituale, quam temporale probat alio fortissimo medio desumpto ex primo Machab. Vbi habetur, qualiter Ionathas summus Sacerdos elegit viros, & misit Romam renouare, & statuere amicitiam, & ad spartiatas, & alia loca, vbi electi dixerunt intrantes curiam, Ionathas summus Sacerdos, & gēs Iudæorum miserunt nos, vt renouaremus amicitiam,

*Franc. Recanat. cap. 12.*

& societatem secundum pristinum. Et dederunt illis, epistolas ad ipsos per loca &c. similiter parum infra, eodem capite legitur forma Epistolæ scriptæ ad Spartiatis. Ionathas summus Sacerdos, & seniores gentis, & Sacerdotes, & reliquus Populus Iudæorum Spartiatis fratribus salutem. Iam pridem misse erant Epistolæ ad Oniam summum Sacerdotem ab Ario, qui regnabat apud vos, quoniam estis Fratres nostri &c. ex quibus omnibus clarè habetur dominiū temporale summi Sacerdotis illius temporis, ergo multo magis tēpore nouæ legis, summus Sacerdos, & Pōtifex huiusmodi temporale dominium habere potest cū illud primum sit figura huius secundi &c. dic ergo Ecclesiæ quæ secundum Diuum Leonē Papā, sicut est pro omni victima vnum sacrificium: ita de omni gente fit vnum regnum &c. ergo huius vnus regni Rector principalis, ne dū spiritualiter, verum etiam, & temporaliter est Summus Pontifex.

D. Leo sup  
Ioan. c. 12.  
verb. quic-  
niātus es ve-  
rus agnus  
dei.

Th. Bron.  
Bonon.  
psal. 88.

Dñs Iacob.  
Valent.

Præterea idem qui supra Thomas noster Brouinus Bononiensis, vbi supra, dic Ecclesiæ &c. quæ totalem suam potestatem spiritualem, & temporalem habet ab ipso Christo Summo Sacerdote, ac Regū Rege secūdum illud, ipse inuocabit me, Pater meus es tū &c. cui Deus Pater dicit, & ego primogenitum ponam illum excelsum, præ regibus terræ, qui secūdum Dominum Iacobum nostrum Valentinum potestatem aliquam habent in vno regno, vel in vna Prouincia; Christus autem in Cælo, in Terra, & lu-  
per

per omnes gentes, tanquam primogenitus Dei Patris potestatem habet, & idem dicit vers. intende vocem meam &c. Rex meus & Deus meus, quam potestatem Ecclesie suae dedisse dicitur iuxta illud Saluatoris; quaecumque ligaueris super terram &c. Ideo dicitur excelsus praeregibus terrae &c.

psal. 5.

matt. 19.

Præterea Thadeus noster Ariminensis ubi supra dicit Ecclesiam &c. quae ut Christi sponsa, & summi Regis filia omnem suam facultatem, siue potentiam, tam Spiritualem, quam Temporalem à suo sponso consecuta est: quia secundum D. Patrem Aug. vers. Virga directionis, virga regni tui &c. Rex noster Rectorum Rex, quomodo, & Sacerdos à Sanctificando nos, & Rex à regendo nos dicitur; ergo Ecclesia Christi summi Regis Sponsa Regina dici debet: & duas illas potestates habens, & temporalem maiorem, quam ceteri Reges, & Principes habent potestatem; cum secundum D. Thomam, in subiectos, multa possit facere superior potestas, quae non potest facere inferior potestas: at Ecclesiastica potestas procul dubio est superior: cum eadem sub ordinetur quaecumque alia potestas terrena, quae cum non possit esse maior, nec aequalis potestati Ecclesiasticae erit minor. nam D. Thom. ea dem prima parte, & questione articulo tertio fundamentaliter dicit de mente D. Apostoli: quaecumque à Deo sunt, ordinata sunt; ordo autem maxime videtur in disparitate consistere secundum Diuum P. Aug. ut igitur reperiat in potestatibus id quod dictum

Tha arim.  
D P Aug.  
sup ps. 44.D. Th. 2. 2.  
q. 96. art.  
1 ad prim.D. Apo. ad  
Rom. 13.  
D P. Aug.  
19. de Civ.  
Dei.

Alb. de  
Sax. q.

Phil. text.  
48.

Alb. de  
Gen. q. 16  
Phil. text.  
87.

marian.  
Pisa.

B. Egid.  
Rom. quol.  
q. 6. i resp.  
ad 2.

dictum est, concedenda est præfata ordinatio &c. etiam; quia secundum Albertum nostrum de Saxonia primi de Generatione fundamentaliter de mente Philos. eodem libro, omnia similia nec agunt, nec patiuntur ad inuicem; ergo necessaria est ista disparitas dictarum potestatum, ut possit ibi esse, actio & passio moralis, pro malorum moderatione. Dic, ergo Ecclesiæ habenti ius principale, & rationem agendi; unde & si omne agens agendo repatiatur, ut docet idem Albertus de Saxonia eodem lib. de mente Philos. ad rem nostram potius intelligitur; agens repati potius passive perfectiua, quam corruptiua: dic ergo Ecclesiæ, quæ habet quorumcunque hominum defectus corripere &c.

Præterea Marianus mancinus noster Pisauriensis lib. suarum Concioum extrauagantium concione de laudibus D. Nicolai Confessoris Tollentinatis Ordini nostri, habita Tolleti Hispaniæ, dum erat Comes Gregorij nostri Elparentis Cardinalis &c. dicit Pontificem Romanum esse primam heroicam personam, non solum totius Ecclesiæ sed etiam totius mundi, qui ad ostendendam suam amplitudinem, ac magnitudinem, necnon primatum secundæ appellationem D. Gregorij magni, appellatur, & nuncupatur seruus seruorum Dei, ad imitationem Saluatoris nostri, qui non venit ministrari: sed ministrare. Sic etiam testatur B. Egidius noster Rom. Pontifex appellatur, siue nuncupatur seruus seruorum Dei: quia, qui voluerit inter vos esse maior, erit vester

ster seruus &c. cum ergo dixit Romanum Pontificem esse primam personam Ecclesiæ, & totius mundi, signum clarum est, ipsum habere ius, ac dominium in toto vniuerso, in quo sunt multi infideles, qui secundum D. Thom. & si actu non sint de Ecclesia, sunt tamen de Ecclesiastica potentia, quæ quidē in duobus fundatur, primo quidem in Christi virtute principaliter, quæ est sufficiens ad salutem totius humani generis; secundo in arbitrij libertate, idē D. Thom. dicit, Iudæos seruos esse Ecclesiæ, quæ potest disponere de eorum rebus, & eadem quæst. dicit, quod humanum regimen deriuatur à Diuino, & ipsum debet imitari: sed Romanus Pontifex diuinum exercet Regimen, iuxta illud *Pasce oues meas*, etiam, & agnos &c. pariter humanum Regimen exercere potest, & debet, ex eo quia humanum regimen (vt dictum est) à diuino deriuatur: hinc meritò etiā infideles sunt de potentia Ecclesiæ, cui dictum fuit à Salvatore, quæcunque ligaueris &c. & ab Ecclesia non excluditur Summus Pontifex: immo principaliter includitur, & intelligitur, cum sit caput eiusdē, nam integrum corpus, & perfectum nunquam erit sine capite sibi conueniente, sic ad rem &c.

Præterea D. P. Aug. Vers. Exaltationes, c. vbi loquitur de Gladio verbi Dei, bis acuto, sic dicit, quicquid temporale nobis promissum est, ad vnā partem gladij pertinet, quicquid sempiternum ad alteram partem gladij spectat, habens spem futurarum rerum, habens consolationem præsentis, & parum

infra

. Thom.  
3. p. qu. 8.  
art. 3. ad  
primam  
arg.  
& 22. qu.  
10. art. 10  
in cor. art.  
art. 11. in  
corp. art.

D. 10. 12.

D. P. Aug.  
Ps. 149.

infra, dicit, venit ergo Dominus noster ferens gladium bis acutum, promittens æterna, & implens temporalia, ergo sequitur idem quod supra.

Præterea D. Prosper noster Reginensis olim Prior Generalis ordinis nostri, & deinde Episcopus Reginensis dicit, quòd in omni natura quæ pluribus est communis, oportet esse vnum fontem, à quo illa cõmunitas oriatur, modo sic dicimus: sed quælibet potestas, tam Spiritualis, quam Temporalis ( vt experientia patet ) est quædam natura communis pluribus conueniens, vt Episcopis, alijsque Prælati Regibus, alijsque principibus, ergo oportet dari vnum fontem, à quo illa cõmunitas potestatum oriatur, fons autem ille in his inferioribus nõ potest esse: nisi illa summa pontificia auctoritas, cui dictũ est à Christo, quæcunque ligaueris super terram &c. cum ipsa Pontificia Potestas, sit respectu aliarum potestatum sicut substantia respectu cunctorum accidentium, quæ eidem substantiæ subiiciuntur, ac in eadem substantantur &c. Vnde à Saluatore, ad rem dicitur Petro, tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam &c.

Præterea idem S. Prosper eadem quæst. propè finem, dicit de mente Phil. quod scientiæ sunt potentia &c. modo sic; sed Summus Pontifex habet scientiam dominandi temporaliter; ergo dominari licitè potest.

Præterea Ambrosius noster Calepinus celebris auctor in suo vocabulario, littera, p, & Verbo Pontifex,

D. Prosp.  
Reg. li. sua  
rum quæst.  
parisijs d.  
spur. super  
prol. i. sen.  
q. defensib.  
interio. cir  
ca medium.

simile.

math. 16.

philosoph.  
3. met.

tifex, dicit, quod Pōtifex idē est, quod Papa, sacrorū auctor, & magister publicæ Religionis, & de mente Sceuolæ Pontifex dictus est à Possē, & facere; hoc autē stante fundamēto, suū posse, & facere: quia ubi lex nō distinguit (& præcipuē diuina) nec nos distinguere debemus, & qui non potest quod minus est, nec quod maius est; Vnde, cum argumentum à certiori sensu sit fortissimum in iure; quapropter si Papa non posset temporaliter dominari, seu temporali dominio uti, quod minus est, videretur quodam modo non posse uti spirituali dominio, quod maius est; at potest exercere, & de facto exercet sūmū spirituale dominiū: ergo pari rōne, et quodam modo fortius exercere potest temporale dominiū &c. nam accessorium semper sequitur naturā sui principalis, dato ergo quod tēporale dominiū sit, quid accessorium, necessariō sequitur naturā principalis domini spiritualis quod Papæ principaliter conuenit, sequitur, consequenter temporale dominiū conuenire similiter eidem Papæ ratione dictæ sequele.

Præterea, Par in parem imperium non habet, nec minor in maiorē: sed Papa habet imperiū super omnes alios Principes, iuxta illud Saluatoris, quęcunque ligaueris &c. in temporalibus etiam: quia vnus actus inducit consuetudinem, sed Summus Pontifex, nedum vna vice, verum etiam quod ad suos infinites (vt ita dicamus) habuit, & exercuit actū domini nādi, & gubernādi spiritualiter, & temporaliter, ergo eodem, & vtroque dominio legitime uti potest.

K

Præte.

*Amb. Cal.*  
ff. de pub.  
l. de preio  
ff. de sen. l.  
qui.

*l. i. S. huus*  
rei ff. de  
off. eiusdem  
mand. est  
verisd.

*l. cui C. de*  
Po. et ff. de  
reg. iur. l.  
cum prin-  
cipalis.

ff. ad treb.  
l. ille a quo  
S. tempesti-  
num, & ff.  
de arbit. l.  
nam mag.

C. de episc.  
audien.



D. Th. 2. 2  
q. 83. ar. 6

Philos.  
1. Ethico.  
& D. P.  
Aug.

Præterea D. Thom. dicit, licet cuiq; temporalia desiderare, & consequenter eisdem vti: quamuis nõ principaliter, vt in ipsis finẽ cõstituamus: sed, vt sũt quædam adminicula; quibus ad tendendum in beatitudinem adiuuamur; in quantum per ea vita temporalis sustentatur, & nobis ad actus virtutum organicè deseruiũt, vt dicit Philos. & D. P. Aug. prout refert eodem loco D. Tho. Cum ergo cui libet liceat optare dicta bona tẽporalia sub prædicto fine, vt sine adminicula tendendi in finem beatitudinis, directè summo Pontif. eisdem bonis, ac tẽporali dominio licet vti, vt se, suosq; fideles facilius dirigat in finem beatitudinis, ac tutius à mundi machinationibus se, fidelemq; suum populũ protegat, atq; defendat. Cũ sit caput Ecclesiæ, cuius curam habere debet, vt de corpore suo &c.

Psal. 46.  
Psal. 131.

Præterea, regnabit Deus super gentes, Deus sedet super sedem sanctam suã, de qua dicitur etiã, de fructu ventris tui ponã super sedem tuam: at Dauid tẽporaliter sedit super illam sedem, quæ etiam figuratiuè figurabat Christi sedem, & Apostolicã, super quã dicuntur sedere sancti Apostoli: vt dicitur eodẽ Psal. & hlij eorum vsq; in sæculum sedebunt super sedem tuam; ergo Summus Pontifex, non tantũ spiritualiter: sed etiam temporaliter in nomine Domini regnat, & regnabit &c. hinc optime dicebat D. Ioan. Euang fecisti nos Deo nolter Regnum, & Sacerdotes, & regnabimus super terram, ergo &c. idcirco D. Hylarius, rectè appellat Episcopos, Principes populorum.

D. Ioan.  
Apo. c. 6

D. Hylar.  
sup matt.

Præ-

Jac. Phil.  
Bergom. 19  
lib.

Præterea Iacobus Philippus n̄ Bergomen. in suo  
 chronicarum supplemento in principio 9. lib. ubi plu  
 ra scitu digna narrat de S. Siluestro Papa, & de Cō  
 stantino magno Imper. qui, cum ab eodem D. Silue  
 stro per factum lauacrū Sanatus esset à lepra; nedum  
 cessit eidem summo Pont. temporale dominium, &  
 Imperiale palatium: sed etiam propriam coronā au  
 ferēs proprio capiti, posuit super caput eiusdem D.  
 Siluestri (vt superius tactum est) & notādum est, vt  
 dicit idem Iacobus Philippus eodē loco circa finem  
 eiusdem Hist. Iste Imperator à Græcis relatus fuit in  
 sanctorum numerū; & festum eiusdem celebrāt die  
 21. Martij, dicit insuper eodem loco, dictum Impera  
 torem pedester per totā urbē Rom. in signū maioris  
 humilitatis, maiorisq; S. Ecclesię exaltationis, freno  
 duxisse suū equū Imper. super quē aquitabat sum  
 mus Pont. D. Siluester & c. hinc Dñs Iacobus noster  
 Valentinus vers. & exaltabitur sicut vnicornis cor  
 num meum, optimè dicit nam sicut vnicornis, non  
 habet, nisi vnum cornu, nec patitur secum sociū  
 in latibulo; ita tota Ecclesia non habet nisi vnū ca  
 put, & vnum Regem, qui est Christus, qui est eleua  
 tus, & exaltatus, non solum super omnes homines:  
 sed etiam super omnes Angelos & c. & B. Simon no  
 ster de Cassia loquens de ortu D. Ioannis Baptistæ  
 Domini Præcursoris super Canticum Zachariæ  
 vers. erexit cornu salutis & c. dicit Cornua sunt ar  
 ma animalium in capitibus orta. Cornu significat  
 Regiam potestatem: quoniam in veteri testamēto,

Indisim  
Iacobus  
Philippus  
Bergom.  
lib. 19  
c. 19

Jacob. Va  
lent.

Psal. 91.  
B. Simon  
de Cass. l. 3  
c. 1. d. Rel.  
Christian.



1. Reg. ca.  
19.

Michael  
empo. |  
Philos. 1.  
Ethic.  
D. Tho. 3.  
P. q. 3. ar.  
2. in corp.  
Genes. 22.  
c.

Pf. 131.  
Matt. c. 22

sequitur  
Iacobus  
7. al.

oleum quo ungebantur Reges ferebatur in cornu : iuxta quod dictum est Samueli, cum reprobatus esset Saul imple cornu tuum oleo &c. proinde cornu erectum in domo David est regia Christi potestas, qui secundum carnem de lumbis dauid scriptura tradente, genealogia diligenter inspecta, vt Matthæus & Lucas commemorant, mundo natus, apparuit, erecta est Christi Potestas : quoniam depressa erat omnis Iudæorum potestas, hinc ad rem etiam Michael noster emporiensis in sermone Dominicæ Palmarū de mente Philos. dicit, laudem esse sermonem elucidantem magnitudinem virtutis, & sic laudat Christum vniuersorum Regem, etiam ad rem D. Thom. dicit sic, Christus dicitur filius specialiter duorum antiquorum patrum, videlicet, Abrahæ, & David quia specialiter ad hos facta est promissio. In semine tuo benedicentur omnes gentes, & Psal. de fructu ventris tui ponam super sedem tuā &c. vnde, & Populus Iudæorum, vt Regem honorificè suscipientes dixerūt, Benedictus qui venit &c. secūda ratio : quia Christus futur⁹ erat Rex, Profeta, & Sacerdos &c. quo circa non solumodo Christus : sed etiam cornu idest Imperium, & Honor, & potestas Sacerdotalis Ecclesiæ est exaltata : sicut vnicornis ( vt dicebamus ) nam sicut tota Ecclesia toto orbe diffusa, est vna : ita habet vnum caput, & vnum Summum Sacerdotē, qui est eleuatus, & exaltatus, cui omnes Christiani, & omnes Reges, & Principes terræ colla subiiciunt, & non solumodo, Summo Pontifici : sed etiam toti

Ec-

Ecclesiæ deferunt honorem, inquit idem Dominus Iacobus, qui supra, & hoc merito, cum Ecclesia sit mater, nostra, quæ natura genitum gignit per gratiam (vt est Glos.) & sequitur dictus Dominus Iacobus Valent. eodem Psal. vers. adhuc multiplicabuntur &c. mentionem præcisè facit de Magno Constantino Imperatore, diuersimodè Ecclesiam exaltante &c. ergo Ecclesia, siue caput eius rectè etiã temporaliter dominari potest &c.

Glos. tica  
de Priuil.  
c. cum de  
diuersis in  
6.  
Iacob. V. ab

## CAPVT SEPTIMVM.

In quo Auct̃or sequit̃r agere de eadem materia nouas adducens rationes.

**D**ominus Alexius noster Stradella Genuensis in sua lectura manuscripta super 4. sēt. de mēte D. P. Aug. ad fratres suos Eremitas, vbi dicit Præsules oliuæ comparātur per triplicem olei virtutem. nam oleum primo illuminat, secundo pascit, tertio fessa membra fouet, quas virtutes, olei docet etiam D. Gregorius: sic, & Præsules illuminare debent verbo, pascere exemplo, & fouere egentes temporali beneficio, quod tertium agere certè non possent sine vſu, & temporali dominio. Sequitur iste Doctor confirmando dictum suum, auctoritate Diui Ambrosij, vbi dicit sic formaliter; latitudo Romani Imperij fuit præfagium, & figura Imperij Christi, & Ecclesiæ, &c. ita etiam

Alexius  
Stradella  
in 4. sēt.  
d. 19. ar. 2.  
D. P. Aug.  
gust. ad  
Fratres  
Erem. ser.  
40.  
D. Greg.  
lib. 4. c. 5.  
in 1. Reg.  
c. 10.

D. Amb. l.  
2. de Vrc.  
Gent. c. 6.

Thad. per.  
super Isa.  
proph. cap  
48. ver. ad  
orabunt  
&c.

Thad. per.

super Isa.

proph. cap

48. ver. ad

orabunt

&c.

B. Alex.

a Sax. Fer

matth. 28.

psal. 88.

&c.

&c.

&c.

&c.

&c.

&c.

&c.

&c.

&c.

&c.

&c.

&c.

&c.

&c.

&c.

&c.

&c.

&c.

&c.

&c.

&c.

&c.

&c.

&c.

&c.

&c.

&c.

&c.

&c.

&c.

&c.

&c.

&c.

&c.

&c.

&c.

&c.

&c.

&c.

&c.

&c.

&c.

&c.

&c.

&c.

&c.

&c.

&c.

&c.

&c.

&c.

&c.

&c.

&c.

&c.

&c.

&c.

&c.

&c.

&c.

&c.

&c.

&c.

&c.

&c.

D. Th. 1. 2  
q. 89. ar. 4  
pro 2. arg  
& in resp  
& l. nō de  
bet ff. de  
reg. iur. l.  
marcell. ff.  
de don &  
Ca. mor.  
l. 1. § 1. ff.  
de iur. &  
iur.

tiam Refert Thadeus noster Perusinus; ergo sicut Imperium Romanum temporaliter dominabatur; ita stante iam dicta auctoritate dominari debet Christus, & eiusdem Ecclesia &c.

Præterea B. Alexander noster à Saxoferrato in quadam sua antiquissima Concione pro fectio Sanctissimæ Trinitatis exponens illud Saluatoris, data est mihi omnis potestas &c. pro suo fundamento, accipit, & adducit illud Psalmi, & ædificabo à generatione, in generationem sed in tuam &c. per quam sedem, nedum Christi sedem, & amplissimum dominiuum eiusdem, secundum expositionem D. P. Aug. intelligit, dicentis: nunc Christus habet in nobis sedem suam, nisi enim sederet in nobis, non nos regeret, si ab illo non regeremur à nobis metipsis præcipitaremur &c. sed etiam sedem Apostolicam, quæ quodammodo ædificatur à generatione in generationem ratione durationis: ipsaque non solum includit spiritualementem iurisdictionem: sed etiam, & temporalem, dicente D. Thoma, & admittente hanc famosissimam propositionem; quicumque potest, quod plus est, potest etiam, quod minus est quæ communiter conceditur etiam sine aliqua limitatione à D. D. Iuristis: eo magis; quia ius publicum in sacris Sacerdotibus, & Magistratibus consistit; ergo multo magis in Summo Sacerdote, & ideo non sine maxima ratione in prædicta auctoritate legali ponuntur Sacerdotes &c. data est ergo sibi omnis potestas &c.

Præ-

Præterea B. Iordanus noster à Saxonia, similiter amplissimè admittit vsum rerum temporalium, ac dominium temporale in Ecclesia Sancta Dei; recitans, siue referens acta D. Siluestri Papæ, & Constantini magni Imperatoris, vt habetur, & parum infra eod. l. & c. satisfacit satis exactè; cuidâ tacite obiectioni, dicens, Sanctos Apostolos à Spiritu Sancto admonitos fuisse, ne retinerent bona stabilia in Ecclesia Hierusalem: sed venderent: quoniam breui temporis interuallo, ciuitas illa destruenda erat, & in Ecclesia inter gentiles ædificanda, dicta poterunt retinere, tanquam longo tempore duratura, vti decreuit D. Urbanus Papa; ergo sequitur idem quod supra &c.

B. Iord. &  
Sax. lib. de  
vita suor.  
fratrum  
erem. c. 2.  
d. 96. cap.  
constant.  
& c. futu-  
rum.

Præterea Filucius noster Pisauensis in suis sermonibus de tēpore, accipiens illud Saluatoris, quærite ergo primum Regnum Dei &c. per orationem attendens bonis operibus, & ratione seruitutis fidelis, Deus dabit vobis cætera bona necessaria &c. modo sic, Papa, cum sit mediator inter Deum, & Populum Christianum, & seruus seruorum Dei ( vt pluries superius relatum est ) primum quærit Dei regnum pro se, & suis fidelibus: idcirco cætera bona possunt sibi esse subiecta & adiecta, cum ipsa Saluator non excludat: immo includat, dicens, hæc omnia adijcientur vobis: quare ergo nō poterit idem Summus Pontifex vti quocunque dominio temporali? quod primum tenet locum inter bona transitoria.

Aurelius  
Filucius  
pisauren-  
sis, ser. de  
tem. ser.  
Dom. 4.  
post pont.  
matth. c. 6

Præterea Ioannes Baptista Arrigus Florentinus  
sic

Io. Ep. A  
rig. flor. l.  
4 Elem.  
Sac. Theol  
c. 26. c. 28

Christoph.  
fon. lib. de  
Amore Di  
uino c. 18.  
circa finē.

sic dicit; Potestas clauium, qua cælum aperitur, & clauditur deriuata est à Domino Iesu Christo habente clauem David, hoc est facultatem ligandi, atque soluendi, & amplissime iurisdictionis auctoritatem &c. & eodem libro, dicit, Pontifex maximus, apud quem diuina ordinatione clauium iurisdictionis, & ordinis potestas plenaria residet &c. hoc igitur stante fundamento eiusdem Doctoris de facili colligitur vtrunque dominium residere apud Summum Pontificem; eo magis, quia de clauis David quæ erat etiam temporalis mentionem facit &c.

Præterea Christophorus Fonsæca noster Hispanus libro suo de amore diuino dicit de mète D. Hieronymi: qualiter Summus Sacerdos veteris testamenti representabat totum mundum siue vniuersum in suis sacerdotalibus vestibus, in quarum cuculla composita ex quatuor telis diuersis sigillatim representantibus quatuor elementa, quibus humero ligatum habebat lapidem vnum præciosum significantem Hemispherij partem, in pectore autem habebat duodecim lapides præciosos significantes duodecim Zodiaci signa, vel duodecim tribus Israhel, representantes totum Iudæorum populum, & omnes gentes, & tandem in quadam lamina aurea, quam in fronte gerebat, scriptum habebat diuinum, & ineffabile nomē Thetragmaton in signum, quod Deus est Dominus super cælum, & terram. Quare summus ille Sacerdos Antiquus, primo Deum optimum vniuersorum Dominum representabat, nec non,

non, & Christum Redemptorem nostrum : Secūdo autem Summū Pontificem Christianorum, eo magis : quia idem summus Sacerdos antiquus figurās nouum, & Summum Pontificem, utebatur eodem temporali dominio, vt patet actuum Apostolorum 9. vbi dedit Saulo, postea Paulo, potestatem ligandi, & persequendi inuocantes nomē Domini Iesu Christi &c. Confirmatur eadem ratio : quia legitur in Vita Sancti Policarpi notata, & scripta à D. Hieronymo, qualiter idem S. Policarpus Martyr, & discipulus D. Ioan. Euangel. ab eodem D. Ioan. Smirnae ordinatus Episcopus, ac totius Asiae fuit Princeps. Ergo fuit etiam Dominus temporalis immediate post Apostolos : & sic clarè apparet idē Dominium temporale in Ecclesia Sancta Dei, & antiquitas eiusdem.

Præterea, Santes noster à Monte Regali, egregiè probat idem quod supra multis Sanctorum patrum auctoritatibus Summum Pontificem Romanum posse legitimè dispensare in his, quæ sunt de iure positiuo : sed id posse est ius habere supremum super omnia alia instituta, quæ in tantum vigorem habent, quatenus ab ipso confirmantur, vt patebit inferius ; ergo verum dominium temporale Summus Pontifex habet super omnes alios temporales dominios ab ipso dependentes, & sic verificatur illud quod docet idem Sanctes eodem libro suarum lectionum, veritas omnia vincit, & superat quæcunque alia dominia &c.

L Præ-

*Act. Apo  
Stol. c. 9.*

*Vita S. Po  
licar. à D.  
Hier. scri-  
pta.*

*Santes à  
monte Re-  
gali l. sua-  
rum lect.  
super psal.  
50. lect. 11*

*Lect. 16.*



*Aug. Vi-  
dius Nea  
po. l. 3. c. 6*

*exemplum  
relatum  
ab eodem  
Aug. Viu.  
l. 1. c. 24.  
Theodoret  
tus in bel-  
lo cont.  
Persi.*

*Ludouicus  
Beia ca. 2.*

Præterea Augustinus Viuius noster Neapolita-  
nus in suo veræ Sapientiæ studio, docet qualiter Re-  
ges, & Imperatores recipiunt coronam à duobus  
Episcopis, qui eidem imponendo eandem coronam,  
dicunt, excellentem locum accipis inter mortales:  
sed vndique periculis, & laboribus plenum. Ex hoc  
ergo fundamento clare colligitur: quomodo Impe-  
rialis, ac Regia dignitas à Sacerdotali dependet, tã-  
quam effectus à sua causa, cui rationabiliter subijci-  
tur: ergo sequitur idem quod supra. Hinc etiam cla-  
re patet prauitas negantium huiusmodi dependen-  
tiam; exemplo Iuliani Apostatæ; de quo dicit idem  
Aug. Viuius in studio veræ Sapietiæ de mēte Theo-  
doretti, in bello contra persianos, ipsum nempe Iu-  
lianum sagitta inuisibili percussum fuisse, ac animam  
infelicem agentem dixisse, vicisti Galileæ à quo apo-  
statacè recesserat &c.

Præterea Ludouicus Beia Pallestrellus noster  
Lusitanus lib. suarum responsionum ad Conscien-  
tiæ casus congregatione habita die 23. Ianuarij  
1581. in Responsione ad primum casum, secundum  
Glos. ne Prel. vices suas, dicit, Prælati iurisdic-  
tionem temporalem vendens, si eam ab Ecclesia habet  
simoniam committit: eo quod talis iurisdic-  
tio quodammodo iudicatur dependenter spiritualis, hoc  
est respectu Summi Pontificis: à quo talē habet de-  
pendentiam, quod etiam probat per quamplures a-  
lios doctores, quos breuitatis causa omittimus.  
Ergo hoc eodem stante fundamento Summus Pō-  
tifer

tifex rectè uti potest temporali dominio: sicuti de facto utitur, & idem Ludouicus eodem libro Congregatione habita die 22. Maij 1581. in Responsio, ne ad secundum Casum conscientia, cui satisfacit per text. in cap. de Cler. vel monast. vel monac. li. 6. ubi dicitur, quòd licet Clericis, non liceat sanguinis causas agitare, eas tamen, cum iurisdictionem temporalem habent, debent, & possunt, metu irregularitatis cessante, aliis delegare &c. & parum infra eadē responsione. Clericus habēs dictam iurisdictionem temporalem, Banna facere potest contra Bannitos, etiam in causa sanguinis, intendens sui status tranquillitatem, & pacem &c. & parum infra circa finem eiusdem responsionis dicit etiam, irregularitatem ortū habere ex homicidio iniusto prout Navar. ubi respondet tacitè obiectioni, ut si quis virgeret dicēs, Christum non assumpsisse secularem potestatem, iudicandi; sed spirituales tantum regni cœlorum, & si consequenter, nec Clericum posse illam exercere, dicente D. Apost. oportere Episcopum sine crimine esse, nec violentum, nec percussorem. Respondet itaque cum Soto lib. de Iust. & Iure, non aliud hoc argumento concludi, quamque potestas Ecclesiastica, qua ratione spiritualis est, non se extendit ad iudicia secularia ferenda, nisi quatenus ordinatur &c. huic tamen, non repugnat quo minus Clerici possint secularem principatum exercere per se ipsos, auctoritate Summi Pontificis, & per alios ab ipso delegatos, auctoritate propria, in

L 2 illis

Navar.  
c. 27. num  
116.

Apost. 1.  
ad Tim. c. 3  
Sotus de  
Iust. & Iu  
re q. 1. ar.  
4.

illis in terris, in quibus habet iurisdictionem laycalem, & auctoritatem D. Apostoli præallegatam, dicit, esse intelligendam sic. Ne Sacerdotes sint occisores, ut personæ priuatæ publico munere non fungentes. Sed ut publicæ personæ possunt exercere etiam iudicia sanguinis &c. clarè itaque docet idem Doctor dum temporale Dominium Ecclesiasticum, & papale.

*Dominus  
Egid. Vi-  
terb. 1. sct.  
d. 1. q. 1. §.  
23. finem  
nium &c.*

Præterea Dominus Egidius noster Viterbiensis S. R. E. Cardinalis de mente Platonis agens de obiecto vsus, dicit, uti nobis licet omnibus alijs citra Deum, ut per ea tendamus in ipsum, & parum infra eodem loco, dicit, alijs itaq; utimur in finem omnium ducentibus. quo circa ex hac verissima eiusdè doctoris sententia, de facili colligitur, quomodo Summo Pontifici Romano liceat uti temporali dominio &c.

*Greg. El-  
par. 1. sct.  
d. 1. q. 2. ar-  
tic. 1.  
D. P. Aug.  
12. q. trin.  
§. 14.*

Præterea Dominus Gregorius noster Elparensis S. R. E. Cardinalis in suo scripto Maceratæ collecto dum erat in Maceratensi Gymnasio Publicus Lector, fundamentaliter, dicit de mente D. P. Aug. sine scientia quippè, nec virtutes ipsæ, quibus rectè viuitur, possunt haberi, per quas hæc vita misera, sic gubernatur, ut ad illam, quæ verè beata est, perveniatur eternam, distat tamen ab æternorum contèplatione actio, qua bene temporalibus utimur rebus, & illa sapientia &c. licitum ergo esse usum rerum temporalium, ac etiam dominium sufficienter probat, auctoritate præallegata.

*Præ-*

Præterea Dominus Angelus Roccha à Camerino in præfatione sup Psal. 2. Ver. Postula à me, & dabo tibi gentes in hæreditatem tuam, multiq; alijs utitur propositionibus scripturalibus ad idem probandú: ergo similiter Papa quatenus fungitur Christi munere & vice &c. & idem in Bibliotheca Vaticana cap. de vera Constantini donatione seu restitut. cum omnia sint Domini Dei Psal. Domini est terra & plenitudo eius &c. vnde merito Constant. Magn. Imperat. Papæ Christi Vicario reddidit, & reddere debuit eiusq; successoribus immediatam rerum temporalium administrationem: cum D. Apost. dicat, iudicia secularia si habueritis: contemptibiles qui sunt in Ecclesia illos constituite ad iudicandum, ad verecundiam vestram dico. Sic non est inter vos sapiens quisquam, qui possit iudicare inter fratrem suum? sed frater cum fratre iudicio contendit: & hoc apud infedele? &c. & parum supra dicit an nescitis: quoniam Sancti de mundo iudicabunt? &c. & sic concludit potestatem iurisdictionis tam temporalium, quam spiritualium immediatam esse in solo Papa, qui habet eam immediate ab ipso Deo &c.

*Dominus  
Angelus à  
Camerino  
lib. de Po-  
test. spiri-  
tuali, ac te-  
porali Ro-  
man. Pont.  
in Epist. de  
reivata.*

*Psal. 23.  
D. Apost.  
I. ad Cor.  
6. 6.*

## CAPVT OCTAVVM.

In quo Auctor sequitur agere de eadem materia, nouas adducens rationes.

Onoph.  
Panui. li.  
suo de Pri  
matu pe-  
tinet sedis  
Apostoli-  
ce potesta-  
te p. 1. c. 4

matth. 16.  
& 18.

Aloysius  
leginon. in  
Cant. Cāt.  
c. 3.

Alex. à S.  
Elpidio li.  
de potest.  
Ezech. c. 4

**D**ominus Onophrius noster Panuinus Veronensis clare probat, Sacerdotes maiorem habere potestatem, quam Principes terreni: quia Saluator, Pater omne iudicium dedit filio, quod etiam Sacerdotibus commissum est. Ergo multo magis Pape Summo Sacerdoti. Hinc merito Aloysius noster Leginonensis in Canticis Cāt. aperte docet qualiter, munus Prælatorum est vitam, moresque hominum gubernare, atque corrigere. Vnde cum vita nostra sit temporalis, & temporaliter per temporalia conseruetur; ergo eiusdem gubernatio, & correctio præcipuè ad Prælatos, Prælatorumque summum pertinet.

Præterea Alexāder noster à Santo Elpidio, idem sufficienter docet, ac probat, dicens, Sanctam Ecclesiam perfecte debere poni vnā, non solum vnitate formali, per fidem, spem, & charitatem, seu vnitate finis: quia ad vnum finem ordinat: sed etiam vnitate dirigentis, & regulantis, quod etiam non posset, nisi haberet vnum vniuersalem vicarium, qui teneat vniuersalem, & plenam, ac immediatam à Domino principali, siue à superiori potestatem; nullus autē est superior eidem, nisi Dominus noster Iesus Christus, qui Ecclesiam suam, ædificauit. nam si hęc potestata.

testatem haberet mediante alio; cum ipse non esset primus, & vniuersalis Vicarius, ergo &c. & idem parum infra de mente D. Cyrilli, dedit filius Petro plenissimam potestatem, & eius successoribus non minus, & de mente S. Io. Chrysostomi exponentis illud Saluatoris, tibi dabo clauis; Regni cœlorum &c. sicut à patre Christus ad salutem; omnium mittitur cum potestate plena super omnes, quod nulli hominum credimus esse concessum, sic eiusdem Christi Vicarius mittitur &c. ergo idem quod prius. Idem Alexander eodem tractatu clare ostendit, qualiter potestas temporalis præexistit in spirituali, sicut virtus inferior sub superiori &c. quia quicumque sunt sub potestate temporali, sunt etiam sub spirituale: sed non è conuerso &c. & idem infra apertè docet, qualiter quilibet Rex, cuiuscunque conditionis, & status subditus est, & esse debet Summo Pontifici Romano: quia pro tanto homo dicitur Dominus rerum: quia eisdem uti ur, vel quia utendi eisdem potestatem habet &c. & de mente D. P. Aug. de iure diuino omnia sunt iustorum; Deo autem subditur, qui subiectus est Dei Vicario. ergo idem quod supra.

D. Cyrill.  
lib. thesau.  
D. Crisost.

cap. 4.

c. 9. dicti  
tract.

Præterea B. Aug. Romanus ordinis nostri assignat quatuor dignitates D. Petri, inter quas est dignitas capitis, cum fuerit caput non solum Apostolorum Collegii, sed etiam totius Ecclesiæ militantis dicente Domino, tu vocaberis Cepha &c. prima autem harum dicitur dignitas excellentiæ secunda pasto.

B. Aug.  
Rom. in  
EpiSt. ad  
Calat. c. 1

Pastoris, tertia Vicariatus Christi, quarta fundamenti Ecclesiæ; ergo oportet, per primam dignitatem excellere quoscunque alios, etiam quantum ad temporale Regimen. Hinc idem B. Aug. parum infra eodem loco dicit, non enim membra sunt super caput: sed è conuerso, scilicet, caput super membra, Regens, & dirigens eadem, ergo sequitur idem quod supra.

*Franc. à  
xpo lib.  
suarū nat-  
rat. mirabi-  
lium diui.  
verb. incar-  
nati q. 5.  
Psal. 71.  
Apoc. 1.  
cap.  
Luc. cap. 1  
Hippolit<sup>o</sup>*

Præterea Franciscus noster multis modis demonstrat Christum esse verum Regem, & Monarcham totius orbis, dominabitur à mari vsq; à mare &c. & Apoc. de eodem Christo dicitur, qui est princeps regum terræ &c. & Luc. dabit ille Dominus sedem Dauid patris eius, & glosat illud saluatoris, Regnum meum non est de hoc mundo, scilicet per electionē, nō populi, aut iure hereditario susceptum more humano; Sed à Deo concessum &c. ergo Summo Pontifici Domini nostri Iesu Christi principali Vicario non repugnat quin temporaliter pro eodem Christo regnet &c.

*Fabb. fer.  
3. 3. Dom.  
D. P. Aug.  
lib. foli. 6.  
21.*

Præterea Dominus Hyppolitus noster Fabrianus Rauennas in suis sermonibus quadragesimalibus manu scriptis feria tertia, tertiæ Dominicæ super illud Saluatoris, si Ecclesiam non audierit, &c. manifestè docet, idem quod supra, nempe Ecclesiā, vnā cum capite audiendam esse in vtroq; foro: cum licitè vtrumque exerceat, & rectè exercere valeat, dicente D. P. Aug. Vbi de bonis præsentis vitæ expressus sermo habetur. magna, & innumerabilia sunt

sunt opera tua domine, Rex cœlorum: cum enim hæc omnia valde bona, & delectabilia, quæ tu bonis pariterq; malis communia tradidisti: qualia sunt illa, quæ solis bonis recondidisti? Vnde cum Prælati omnes, & præcipuè Summus Pontifex propter optimum finem utatur temporali potestate, quæ dicenda est bona, cum à Summo bono procedat, & bonis temporalibus utatur &c. Nec obstat, quod Christus fuerit pauper: quia idem D. P. Aug. Christus pauper factus est, cum diues esset ut ipse paupertate nos ditaremur &c.

Præterea Iacobus noster Corritanus in suis sermonibus Quadragesimæ exponens illud Saluatoris. Si te non audierit dic Ecclesiæ, quæ in omnibus supremum habet ius probat auctoritate. D. P. Aug. dicentis, sicut Crassitudo terræ c. & resum entis illud Psal. 112. de stercore c. Ecce quod nobile, & præcipuum est in mundo, Imperator venit Romã, quo festinat? ad templum Imperatoris, an ad memoriam Piscatoris? &c. en ergo qualiter Imperator, ut quod mobile, & præcipuum in mundo agnoscit, & recognoscit Summũ ius Ecclesiasticum, de quo iure Ecclesiastico idem D. P. Aug. clarè loquitur, & mentionem facit de iudicio Ecclesiastico, quo ad lites secularium rerum terminantur, & finiuntur.

Præterea Ioannes Maria noster Concordiensis in suis sermonibus Quadragesimæ, idem egregie

D. P. Aug.  
de temp.  
serm. 72.

Iacob. Cor.  
rit. ser. 3.  
Dom 3  
D. P. Aug.  
super 1 sa.  
140 Ver.  
de stercore

D. P. Aug.  
Hom 40.

Ioan mar.  
Conc. ser.  
3.3 Dom.

M  
giè



giè demonstrat auctoritate, D. Ioan. Crisost. Ecce reliquimus omnia &c. qui enim ipsorum cœlorum clauces suscepit, quanto magis de cæteris, quæ in cœlo ratione continentia sunt, vt dicitur in principio quarti Physicorum: ergo sequitur idem quod supra.

marcus Bo  
non. ser. 3.  
3. dō. vbi  
supra.  
D. P. Aug.  
ser. de tēp.  
ser. 3. dom.  
Resurrect.  
matt c. 22  
D. P. Aug.  
in Ps. 103.  
Conc. 43.  
P. Psal.

Præterea Marcus Lanzonius noster Bononien-  
sis in suis sermonibus Quadragesimæ, idem doctissi-  
mè ostendit auctoritate, D. P. Aug. dicentis in ho-  
mine carnali tota regula intelligendi, est consuetu-  
do cernendi, quod solent videre, credent: sed totus  
mundus cernit, ac videt ex consuetudine diuturna  
Summum Pontificem vti dominio temporali; ergo  
totus mundus, etiam carnalis credere debet ipsum  
Summum Pontificem licitè posse vti iam dicto tem-  
porali dominio &c. nec obstat dictum Saluatoris,  
Reddite, quæ sunt Cæsaris, Cæsari, quoniam idem  
D. P. Aug. glosat sic, Homines ergo reddentes Do-  
mino, quæ Dei sunt, si Cæsari reddunt, quæ Cæsaris  
sunt, id est reddentes Cæsari imaginem suam, & red-  
dentes Deo imaginem suam; erigunt ipsam mentē  
suam, non ad se: sed ad artificem suum, & Psal. 4.  
Vers. signatum, &c. glosat similiter, tanquam si Sal-  
uator diceret, quemadmodum Cæsar à vobis exigit  
imaginem, siuè impressionem imaginis suæ sic, &  
Deus.

Bart. Urb.  
in millelo.  
D. P. Aug.  
in ep. 160.

Præterea Dominus Bartholomeus noster Urbina-  
nas in milleloquio D. P. Aug. Verb. Papa de mente  
eiusdem in Epist. sua 162. dicentis, in Ecclesia Ro-  
mana semper Apostolicæ Cathedræ viguit Princi-  
patus,

patus, & eidē subicitur Imperium, & ideo in Epistola: Videtis Imperij nobilissimi eminentissimum culmem ad sepulchrum piscatoris Petri, summis diademate supplicare. Hinc ad rem nostram facit, id quod dicit D. Thom. spiritualia sunt temporalibus præferenda, vt necessaria, non necessarijs, sine aliqua exceptione; ergo dominium Papæ, etiã temporale præcedere debet quodcunq; aliud: eo magis, quia dicit idem Bartholomeus noster Vrbinensis in milleloquio S. Amb. verb. Imperator, de mente eiusdem D. Ambrosij. Imperator est filius Ecclesię, non autem Dominus &c. & eodem libro, Imperium à Sacerdotio processit, & non è contrario. &c. ergo Dominium Papale etiam temporale est radix, & origo cuiuscunq; alterius.

Præterea B. Thom. noster de Villanoua Hispanus. expressè docet, sedem Petri Ecclesiam Romanam esse caput orbis, & notanter dicit orbis, & non Ecclesiarum: vt significet etiam eiusdem se tis temporale dominium, & idem eodem lib. de mente D. Ambrosij, exponentis illud D. Apost. ad Philipp. c. 2. humiliavit se et ipsum &c. multa Domine feceras pro me, & non genuflexi: fecisti me, fecisti mundum pro me, Dominum orbis me constituisti, & nõ genuflectentes adoravi &c. ergo Papa per iam dicta est Dominus orbis &c.

Præterea Petrus noster de Valle Ramę Hispanus in exercitio suo, exponens illud Matth. Ecce Rex tuus &c. accipit illud / sa 17 Emitte Domine agnũ

M 2 Do-

Epist. 42.  
ad Madra-  
nenses.

D. 1 b. 2. 2.

q. 147. art.

4. p. 3. arg.

quod etiã

in respon.

admittit.

D. Amb. l.

5. Epi. sua

rum cont.

Auxentiũ.

Epist. 33.

B. Tho. de

Villanoua

l. 1. suarũ

Conc. Cõc.

de Nat. B.

semp r V.

Marie cir

ca mediũ.

Dom 1 ad

u n Conc.

3 circa me

dium.

petrus Val

le Ramę

Dom. pal.

Matth 21  
Psal. 44.

Michael Solon  
lib. de  
Iust. & In  
re q. 67.

art. 1. cōt.  
reuer. 2.

q. 5 art. 7.  
conc. 2 ad

1. instant.  
D. P. Aug.

lib. ser. de  
tēp. serm.

67.  
philosoph.

2. Physic.  
tex. 38.

D. Tho. 3.  
p. q. 56. ar.

1. in corp.  
philosoph.

2. meta.  
Exemplū

Amb. Sta  
ibanus Ta

rentinus i  
tēp. Erem.

Dominatorum terræ &c. ubi colligit, qualiter Christus est Rex, & Dominus verus cœli, & terræ, & partium infra, adducit illud Psalmus sedes tua Deus in seculum, sæculi, Virga directionis, virga regni tui, &c. ista sedes verificari potest, etiam de Petri sede quæ dicitur Christi sedes, de qua Michael noster Solon aperte docet qualiter omnes causæ, etiam in temporalibus sunt reducibiles ad Petri sedem, cui subest omnis sæcularis potestas, ut idem clarè colligit eodem lib. cui adheret id, quod docet D. P. Augustinus quicquid non licet; pastoris est prohibere, ne fiat, plebis autem est audire, ne faciat. Huic etiam accedit dictum Philosophi; in omnibus quærenda est summa causa &c. quæ summa causa in hoc sæculo dicenda est summa potestas Summi Pontificis, iuxta illud D. Thom. de mente Philosophi; primum in quolibet genere est causa omnium quæ sunt in eodem genere &c. Sed Pontificia Potentia in genere potentiarum humanarum est prima, ut milies probatum est. ergo est causa cæterarum, quod etiam probatur exemplo Theodosij Imperatoris, qui, ( ut refert Ambrosius noster Staibanus Tarentinus in suo Templo Eremitano tractatu de Vita S. P. August. ) scripsit eidem D. P. Augustino, Rogans cum; ut interesse vellet Concilio Ephesino, ut unà cum cæteris Patribus, ibidem determinaretur, quid credendum, & quid sequendum; ubi Imperator se dicit inferiore respectu eorum sanctorum Patrum, &c.

ite;

iterum idem comprobatur, quia Commentator de mente Philosoph. dicit, Consuetudo est maxima causa impediens à pluribus rebus per se manifestis &c. At consuetudo est satis diuturna, omnes dignitates humanas subesse Pontificis dignitati, ut experientia, (quæ est rerû magistra) docet. ergo &c.

Præterea Iacobus noster Veldius in suis tabulis, dicit, Deus Pater misit Dominum Iesum Christum in hunc mundum: ut esset Rex, & Sacerdos, &c. ita ipse misit Apostolos suos cum plenitudine potestatis &c. quorum loco sunt primo ipsi Summi Pontifices. ergo iam dictum habent dominiû &c. Hinc D. Petrus, dixit, Vos autem genus electum, regale Sacerdotium, gens sancta &c. ergo idem quod supra.

Præterea prima parte Decretorû, ratio sana præfertur, constitutiones verò principum Ecclesiasticis Constitutionibus, non præminent: sed obsequuntur. Lex Imperatorum Ecclesiastica iura dissolvere non potest &c. & capite lege in Ecclesiasticis causis regia voluntas sacerdotibus est postponenda &c. ergo clarè sequitur idem quod supra.

Præterea R. D. Bartholomeus Githeus Tallamellensis in suo libello ad Rempubl. Venetam manuscripto de mente Siluestri Verbo Ecclesia 1. §. factis diffusè docet, Summum Pontificem esse supremum caput Ecclesiæ, ac Principem vniuersalem, omnibus superiorem, nemini inferiorem, vel æqualem, veluti primam petram totum edificium sustententem, habentem plenam potesta-

tem

Comment.

2. Pla. post  
exposi. vlt.  
tex.

Philosoph.

2. met.

Philosoph.

in proens.

met.

Iacob. Vel

dius in suis

tab. Dom.

4. Quadra

ges. noti 2

D. Pet. Ep.

1. c. 2.

d. 10. c. ext.

plaris.

Bart. Tale

mell. in suo

lib. ad Rep.

Venet. c. 2

Respons. 8  
D. Th. 3. p.  
q. 59. art. 3

B. Egid.  
Rō. 1. sēt.  
Prol. art. 7  
in corp.  
Via. 2. ete.  
1. sent. d. 8  
q. 1. art. 1.  
incorp.

Paul. Ven.  
li. 3. de aīa  
tex. 18. 2.  
Resp.  
Matth. 6.

tem in omnibus locis, & temporalibus &c. & idem Dominus Bartholomeus eodem lib. de mente D. Thom. cuiusq; committitur principale, committitur, & accessorium, quod dictum est etiam legale; unde Summo Pontifici cum commissa sit principalis cura animarum ergo, & cura temporalis.

Præterea B. Egidius Rom. Quicquid virtutis habet agens inferius, habet ab agente superiori, & idem B. Egidius, oportet ordinem esse in entibus, ita quod agentes inferiores agunt in virtute superiorum, & non est maior potentia in agente superiori, & inferiori simul, quam in superiori solum. unde non est maior potentia in fabro, & malleo simul, quam in fabro solum: quia tota potentia mallei est à fabro &c. ita à pari tota potentia Summi Pontificis est à Summo celesti agente Domino Iesu Christo, tanquam ab agente superiori, de quo agente superiori, & inferiori Paulus noster Venetus, dicit, omnis operatio, reperta in posteriori actiue, reperitur etiam in superiori actiue, nō autem passiuè, ergo cum tales sint Deus, & Summus Pontifex: ita se habebunt, sicut dictum est, & sic totum dominū Papæ sibi à Deo communicatum est. Vnde cū Summus Pontifex iuxta illud Saluatoris, primum querite Regnum Dei, & iustitiam eius, & hæc omnia addiciētur vobis &c. cū ergo idem Summus Pontifex primum quærat idem Regnum Dei, consequenter sibi additur idem Dominū vsupra.

## CAPVT NONVM.

*In quo Auctor sequitur agere de eadem materia nouas adducens rationes.*

**B**Eatus Egidius noster Romanus, dicit, Principatus, vt est quidam ordo semper est bonus, & semper est a bono: sed quantum ad ademptionem eiusdem, vel vsum potest esse bonus, vel malus. nam cum quis bene cum adipiscitur, ac eodem vitur, bonus est: sed si male adipiscitur, & vitur, malus est. Aurum enim est bonum, cum quis rectè per proprios labores lucratur, ac rectè vitur, malum autem cum furtiuè rapit illud, ac eodem abutitur, &c. omnibus enim (exceptis virtutibus.) possumus bene vel male vti &c. modo sic sed Summus Pontifex, atque ceteri Pastores Catholici, bene adipiscuntur suos Principatus, tam spirituales, quam temporales, cum adipiscantur eosdem Principatus, Spiritu Sancto fauente, ac diuina prouidentia ( vt superius probatum est, ergo eisdem Principatibus licitè poterunt vti tanquam bonis, à Deo bono; immo optimo acceptis.

*B. Egid.  
Rom. 258.  
dist. 44. q. 1.  
art. 2. i. corp.*

Præterea idem B. Egidius Rom. eodem 2. sent. eadem dist. dicit, tres sunt effectus principales Principatus, vel Prælationis. Primus est subditos dirigere, & docere quomodo in actibus suis dirigantur. Secundus est eosdem defendere, ne ab alijs opprimantur;

*q. 2. art. 3.  
circa fine.  
corp. art.*

d. 23. q. 2.  
art. 3. ad 5  
argum.  
Phil. 3. Po  
lit. c. 7.

dist. 9. q. 1.  
art. 1. in  
corp.  
D. Apost.  
ad heb. c. 5

dist. 6. q. 1.  
art. 3.

dist. 1. p. 2  
q. 1. art. 4.  
ad 5. arg.

tur; tertius est eosdem punire, ut à suis excessibus corrigantur. Potest addi quartus effectus ad mentem eiusdem B. Egidij Romani eodem 2. sent. de mente Philosophi, oportet Dominum scire præcipere quæ oportet seruum facere &c. Sed hæc omnia verè conueniunt Summo Pontifici, ac realiter in ipso reperiuntur; ergo verè, ac realiter potest uti principatu, etiam temporali, minor de se patet; tamen pro maiori claritate probatur, fundamento eiusdem B. Egid. Rom. eodem 2. sent. sibi habet, ac docet sic. Tria sunt necessaria Prælato, vel in Prælato, primò potentia, 2. scientia, 3. actio, ut ordinare possit, sciat, & agat sine negligètia, exponès illud D. Apost. nemo assumat sibi honorem: nisi, qui vocatur à Deo tamquam Aaron: tria iam dicta exactè, & complete summo conueniunt Pontifici, ergo &c. Immo additur ad mentem eiusdem B. Egid. eodem 2. sent. fundamentaliter secundo fundamento; in tantum dicitur aliquis Rex esse, in quantum sua voluntate, & imperio subiectos mouet, &c. ita agere potest Summus Pontifex, ergo sequitur idem quod supra.

Præterea idem B. Egidius Rom. eodem 2. sent. dicit, propter ordinem perfectionis quodlibet inferiorius est propter suum superius &c. & sicut non sunt duo numeri æquales, æqualiter distantes, ab eadem vnitate; sic non sunt duæ species æqualiter distantes à Deo: sed semper vna est perfectior altera, & secundum ordinem perfectionis est media inter Deum,

☞

& aliam imperfectam, & secundum hunc ordinem semper imperfecta tendit in Deum mediante perfecta: sed quęcunq; humana dignitas, seu potestas comparata ad pontificiam dignitatem, seu potestatem, est, vt species imperfecta comparata ad perfectam, (vt aliàs probatū est) &c. ergo istę duę dignitates, tanquam numeri, & species idest formę, non æqualiter distant ab vnitāte diuina, & sic plus distat minus perfecta, quam plus perfecta, per quam imperfecta gubernari ac regi, & in Deum tendere debet. Ergo consequenter sequitur idē quod supra, videlicet omnes humanas, seu temporales dignitates, vel potestates, necessariò gubernari, ac regulari, à Pontificia dignitate, tanquam a perfectiori, cum omne inferius sit propter suum superius, vt dictum est &c.

Præterea postremo, & vltimo loco licebit etiam nobis ad mentem propriam idem probare, & sic ad mentem D. P. August. dicentis, Imperatores Piscatoribus subdites esse; dicimus, sicut & ipse dicit auctoritate D. Apostol. Infirmi mundi elegit Deus, vt confundat fortia, &c. & auctoritate D. Thom. dicentis expressè, potestas sæcularis subdita est spirituali; sicut corpus subditum est animę, & ideo non est vsurpatum iudicium; si spiritualis Prælatus se intromittat de temporalibus &c. & auctoritate Domini Iacobi nostri Valenini ad rem dicentis: quia Ecclesia non solum possidet spiritualiter omnia regna Christianorum: sed etiam temporaliter &c. &

*Doctrina  
Auctoris,  
seu probatio*

*D. P. Aug.  
in Psal 65  
vers. date  
gloriã lau-  
di eius etc.  
D. Apost.  
1. Cor c. 1.  
D. Th 2. 2.  
q 60. art 6  
ad 3. arg.*

N

idem



*Dominus  
Iacob. Valent  
Psal. 104  
Ver. & dedit il  
lis regio-  
nes gentiū  
&c.*

*Psal. 106.  
Ver & ex  
altet eū in  
Ecclesia  
pleb.*

*Philos. 8.  
met. tex. 10  
Ecclesiast.  
7. c.*

*D. P. Aug.  
Psal 121.  
Ver roga-  
te quæ etc.*

*D. Apost.  
1. ad Cor.  
c. 9  
B. Egid.*

*Rom. 1. sēt.  
d. 7. art. 3.  
D. P. Aug.  
3 de Trin.  
cap. 4.*

*D. P. Aug.  
in Psal 91  
Vers. 1.*

idem Dominus Iacobus idē docet auctoritate Phi-  
losophi formæ namq; sunt sicut numeri; sed duo nu-  
meri nō possunt esse pares: quia vnus semper est su-  
perior alteri; Ergo ita se habet inter dignitatum for-  
mas, interquas (nulli dubium est) Pontificiam esse  
supremam &c. Ergo idem quod prius &c eo magis,  
quia sapiens ille Salomon, dicit, vtilior est sapien-  
tia, cum diuitijs, & magis prodest videntibus solē:  
sicut enim protegit sapientia, sic protegit pecunia,  
ergo cum Papa sit sapiens, debet etiam esse diues,  
vt facilius se, & subditos protegat, &c. & auctori-  
tate D. P. Aug. de mente D. Apost. si nos vobis spiri-  
tualia seminamus, magnum est, si vestra carnalia  
metamus &c. Qua de re B. Egid. Rom. de mente e-  
iusdem D. P. Aug. dicit, diuina voluntas est causa su-  
prema omnium, & nihil agitur in aula Summi Im-  
peratoris quod nō iubeatur, aut permittatur, & dist.  
8. eiusdem lib. art. 2. sic etiam dicit, Deus est esse om-  
nium causaliter &c. Dominium ergo Papale, vel est  
iustum, à Deo, vel permiffum, & sic causaliter tale  
dominium immediatē ab ipso dependet &c.

Præterea dicimus etiam de mente eiusdem D. P.  
Aug. nemo præsentia bona speret, nemo sibi promit-  
tat fœlicitatem mundi: quia Christianus est, sed v-  
tatur fœlicitate præsentis, vt potest, quomodo potest,  
quando potest, quantum potest, cum adest, conso-  
lationi Dei gratias agat, & cum deest, iustitia Dei,  
gratias agat. ergo cum Papa sit Christianorum pri-  
mus, & merito Princeps, legitimè potest vti fœlicitate

tate

tate terreni regni, omnibus prædictis modis; eo magis: quia idem Summus Pontifex à solo Deo recognoscere debet prædictum tale dominium, tam spirituale, quam etiam temporale; quem admodum constanter asserit B. Aug. noster Anconitanus fundamentaliter, à maiori ad minus &c. Cum ergo immediate Summus Pontifex à Deo recognoscat spirituale dominium, tanquam maius, ergo, & temporale tanquam minus; sicq; tandem concludimus præsens caput, ad mentem eiusdem B. Aug. Anconitani eodem libro de potest Ecclesiast. dicentis sic Quicumque ergo non dubitat Papam esse verum Christi Vicarium, dubitare non debet eiusdem dignitatem excellere omnem terrenam dignitatem, imperialem, & Regalem &c.

B. Aug. An  
con. lib de  
pot. Eccle.  
q. 36. art. 3  
q. 36. art. 5  
in corpore

## CAPUT DECIMUM.

*In quo Auctor sequitur agere de eadem materia novas adducens rationes.*

**D**ivus Apostolus, omnia illis in figuris contingebant &c. & D. P. Aug. omnis prophetia est imago futurorum. His autem iactis, ac positis fundamentis, sequitur, quod sedes, de qua D. Prophetæ David pluries sermonem habet, sit figura Apostolicæ sedis. dicit. itaque primo sedes tua in seculum, sæculi &c. & secundo ædificabo in generationem, & generationem sedem, tuam de qua sede

I. Cor. c. 10  
super Psa.  
131 vers.  
Ecce audimus. Ps.  
44.

N 5 eodem

*Psal. 88.* eodem loco D. P. Augustinus, dicit, nunc D. Iesus  
 Christus in nobis habet sedem suam, ædificata est se-  
 des in nobis: nisi enim sederet in nobis, non nos re-  
 geret: si ab illo non regeremur, à nobis ipsis præci-  
 pitaremur vers. sicut Sol thronus &c. membra no-  
 stra sedes sunt capitis nostri &c. caput autem no-  
 strum Papa ergo &c. sedet ergo in nobis, regnans in  
 nobis &c. eadem diuina regiaq; sessio præuisa fuit  
 à D. Regio Propheta dicente, de fructu ventris tui  
*Psal. 131.* ponam super sedem tuam. regnum itaq; Christi si-  
 gnificatur per sedem suam. hoc autem nedum est spi-  
 rituale: verum etiam temporale: quia idem D. Pa-  
 ter Aug. sederunt super cathedram Moyfis &c. ca-  
 thedra Moyfis figuratiue est cathedra Christi: Moy-  
 ses autem regnauit temporaliter. ergo, & Christus,  
 idcirco eidem D. Iesu Christo primo & principaliter.  
*lib. 2. con- tra petilia num. c. 42. ex redemp- tione Mat. 6. 23.* sedes regia rationabiliter conuenit. de hac autem se-  
 de Spiritus Sanctus dicit parata sedes tua Deus ex  
 tunc &c. sedet Deus super sedem s. suam vnde ad re,  
*Psal. 92. et psal. 46.* sicut sedes Moyfis dicitur sedes Christi: ita, & for-  
 tius in hoc sæculo Apostolica sedes dicitur Christi  
 sedes ratione institutionis, & depēdentię ab eodem  
 Domino Iesu Christo. cuius sedes habet conditio-  
 nes traditas *Psal.* iustitia, & iudicium correctio se-  
 dis. hinc *Psal. 88.* & Thronus eius sicut dies cœli: ra-  
 tione claritatis iudicialis. ob id eodem *Psal* sequitur  
 & Thronus sicut Sol. sic, & sedes Apostolica iusti-  
 tia, & iudicium properatio sedis suę, suo modo iu-  
 stitiam, & iudicium. exercet tam in Spiritualibus,  
 quam

quam in temporalibus quo circa contra aduer-  
 sarios sedem, eodem Psal. dicitur destruxisti  
 eum ab emundatione: & sedem eius in terra collisisti &c.  
 quia obre dicitur exaltent eum, & filij eorum usque in sa-  
 dra seniorum laudent eum, & filij eorum usque in sa-  
 culum sedebunt super sedem tuam &c. de hac tandem  
 sede Apostolica de facili verificatur illud Ciceronis  
 lib. 12. famil. epist. 25. ad cornificium cui, dicit con-  
 scende nobiscum, & quidem ad puppim, vna nauis  
 est iam bonorum omnium, quam quidem nos da-  
 mus operam, vt rectam teneamus, vtinam prospero  
 cursu: sed quicumque venti erunt, ars nostra non  
 aberit, quod enim praestare aliud virtus potest? na-  
 vis mater omnium bonorum certe, & merito quide  
 S. M<sup>r</sup> Ecclesia Catholica, cuius caput sedes Apo-  
 stolica, quae optime per nauem significatur Nam  
 tiam Nauis pro sede Naute seruit: sic, & Petri na-  
 vis idest Ecclesia militans super quam sedet Petrus  
 per successores suos, eamdem gubernando, & re-  
 gendo virga directionis, virga regni tui D. P. Aug se-  
 dere, & docere ad dignitatem magistris pertinet.  
 ita &c.

psal. 108

Cic. lib. 12  
fam. ep. 12

psal. 108  
c. 2. ps. 143

psal. 108

psal. 108

psal. 108

psal. 108

psal. 108

psal. 108

psal. 108

psal. 108

psal. 108

psal. 108

psal. 108

psal. 108

psal. 108

Mare huius scilicet nauis, hic mundus. hoc ma-  
 re magnu, & spatiosum, & mirabiles elationes ma-  
 ris &c. contrariorum ventorum ab inimicis infide-  
 libus, hereticis, & Scismaticis pro cedentium contra  
 quorum impetus, vt Cicero dicebat, ars nostra (nem-  
 pe pontificij regiminis) non aberit, durante saeculo,

ac

ac dicente Salvatore ero vobiscum vsque ad consummationem sæculi &c. qua in re, ad rem, Alphonsus noster de vera cruce Hispanus in primaria cathedra maximæ vniuersitatis Sacræ Theologiæ doctor, in speculo suo coniugiorum. Optime dicit. Summus Pontifex maiorem à Deo habet potestatem quam quicumque hominum &c. plenam habet potestatem à Christo &c. de mente Philosophi r. eth. c. 1. sicut artis, quæ circa finem, est dirigere artes inferiores, quæ circa media. Sic & humana Ecclesia suprema ars, circa finem, poterit dirigere sæcularem, & corrigere, si opus fuerit. Eo modo, quo anima corpus gubernat.

Ioannes de S. Geminiano ordin. Prædicatorum summæ de exemplis ex professo, & expressè tenet Summum Pontificem vtrunq; habere potestatem spiritualem, & temporalem; sic probans. Nam Papa vtrunq; habet gladium; Vnde, & Reges deponit, & non solum Regem constituit imò transfert, imò etiam Imperatorem electum Papa habet approbare, electionem approbare, vel infirmare, & ipsum confirmatum etiam consecrare. Et hæc omnia probantur in prædicta Decretali, venerabilem. Ipse etiã Papa Imperatorem deponere potest. Si enim Zaccharias Papa Regem Francorum, qui à Romano Populo Cottonam non recepit, nec per eum examinatur nec comprobatur ab eo, vel reprobat, non tam pro suis iniquitatibus, quam pro eo, & tantæ Potestati erat inutilis, à Regno deposuit, & alium loco

2 par. spe  
culi ar. 21  
& 3 par  
te speculi  
ar. 2. 3. no  
tando.

lib 8. c. 60.

21. di. c. 1.  
63 di. tibi  
à Domino  
15. q. 6. a.  
li. ecc. nos  
sanctorum  
&c. iura  
torū ide st  
qu. 5. quia  
p. asulat.  
96. d. duo  
sunt.

co eius instituit. Multo fortius Imperatorem, qui spiritalius, quodammodo subest ei, poterit remouere. Item potestatis, vel officij plenitudo in maioribus Prælati repræsentatur, & designatur in vsu Pallij. Nam in Papa Pallium designat plenitudinem potestatis plenissimam. Et multa alia. Idem Doctor docet ibidem, quæ breuitatis causa omittimus &c. addentes quædam alia, quæ idem Doctor docet, dicens, humanam Potestatem assimilari bracchijs. Nam sicut duo sunt brachia, nempe, dextrum, & sinistrum, ita dup. est Potestas, spiritalis, quæ est vt brachium dextrum, & temporalis, quæ est, vt brachium sinistrum: modo, cum Papa sit homo completus, & perfectus vtrunq; habens brachium diuite. Ergo directè vtramq; habet potestatem, scilicet spiritualem, & temporalem.

Etiam D Hieremias Prophetas dicit, Ecce Dies veniunt ( dicit Dominus ) & iuscitabo David germen Iustum, & regnabit Rex, & sapiens erit, & faciet iudicium, & iustitiam in terra. Hæc autem sententia. ( sine dubio ) de Dauide literaliter est intelligenda, de Christo figuratiuè, & de Papa subsequentiuè, vel consecutiuè &c. Porphyrius in cap. de specie post medium, descendentes igitur ad specialissimam, necesse est diuidentes per multitudinem ire. Ascendentibus verò, ad generalissimum necesse est multitudinem colligere in vnum. Collectiuum. n. multorum in vnam naturâ species & est magis genus sic ad rē colligēbus oēs potētias humanas necesse est reducere easdē ad supremū genus Pontificium,

extra de  
Eior. Ve  
nerab. 15.  
q. 6. alius.  
96. di duo  
sūt, & Im  
perator.

extra. de  
an. & vsu  
Pallij ad  
honorē.

lib. 6. c. 57

cap. 23.

## CAPVT VNDECIMVM.

In quo Auctor disputatiue mouet pulcherrimam quaestionem circa eandem materiam adducens primo argumenta in oppositum, quibus secundo Respondet &c.

Id perus.  
Hier. c. 32

**T**Hadeus noster Perusinus super Isaiã Prophetam ex professo proponit, seu mouet subsequenter quaestionem adducens primo argumenta in oppositum, Videlicet probans dignitatem, seu Potestatem laicalem esse superiorem Pontificie dignitati, præcipuè in temporalibus.

Luc. 6. 21

Et primo arguit sic exijt editum à Cæsare Augusto, vt describeretur vniversus orbis. Ergo Imperator creditur mundi Dominus in temporalibus, non igitur Summus Pontifex.

Luc. 6. 20.

Secundo arguit sic. Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ Dei Deo, & sic videtur ponere differentiam inter Dominum temporalium Imperatorem, & spirituum Papam &c.

Dan. c. 2.

Tertio sic arguit, Nabuedonosor Rex Regum, & Dominus Dominantium, non ergo Papa &c.

D Hier. 7  
q. c. 1.

Quarto sic arguit, auctoritate D. Hieronymi, in apibus, & gruibus est vnus Princeps, sic inter homines vnus Imperator: non ergo Papa &c.

D. P. Aug.  
9 de ciuit.  
Dei c. 13.

Quinto sic arguit, auctoritate D. P. Aug. dicentis, Deus cõtulit Romanis totius orbis Imperium: quia

suo modo boni erant; non ergo traditum fuit Papa dictum Imperium temporale &c.

Sexto arguit sic, auctoritate D. Thom. dicentis, Christus substituit in Augusto Dominium, quod ipse habebat in toto orbe terrarum: sed Augusto succedunt omnes Imperatores, non ergo Papa &c.

D. Th. lib.  
de 6. Reg.  
princ. c. 13  
Philos. 12  
meta.

Septimo sic arguit, auctoritate Philosophi dicentis, non est bona multitudo Principatum ad gubernationem vniuersi: sed bonum est vnum esse tantum Principem, non ergo Papa potest esse talis Princeps: quia sic, plures essent Principes &c.

Octauo arguit sic, auctoritate Iuris Consultorum, duo sunt luminaria magna in hoc mundo, Papa, & Imperator. Vnde sicut Papa habet spiritualem potestatem in toto orbe, sic, & Imperator temporalem, & sic de alijs &c. non ergo Papa est Dominus temporalis.

2. de mañy  
& obed. c.  
solita.

Nono sic arguit, auctoritate Antonini Imperatoris dicentis, Ego Dñs mundi &c. nō ergo Papa

Ant. Imp.  
l. de precatio  
Cod. ad  
Rod. d. iac.  
Bart. &  
Bal. 7 rub.  
de veteri  
iure Enuc.

Decimo arguit sic de mente Bart. & Bal. dicentium, Imperatorem esse Vicarium Dei in Temporalibus non ergo Papa &c.

*Responsiones ad hæc prædicta argumenta &c.*

Et primo ad 1. arg. sic respondet idē Thadeus noster Perusinus breuiter dicens Diuum Lucam accepisse rotam pro parte secundum illam figuram Synedochē, Romanis tunc temporis subiecta &c. vel quia D. Lucas loquutus fuit more aliorum loqui sic

O soli-



folitorum &c. Vel aliter forsan dicere possumus, prædictum argumentum contra nos minime militare, eo quod Dominus Iesus Christus omnium reformator, cum nondum natus esset dicto tempore, consequenter nullus Pontifex constitutus erat, qui tali temporali vteretur dominio, & sic clarè patet, quod dicta ratio non cogit &c.

*Dom. Sot.  
de Iust. &  
iure*

*B. Egid.  
Roman. 2.  
sent. d. 44.  
q. 2. art. 2.  
q. 2. art. 3.  
pr. dub. la.  
verb.*

*Paulus. ve.  
net. lib. 3.  
de Anima  
t. x. 10. in  
resp. ad 2.  
arg.*

Ad secundum argumentum idem Thadeus respondet de mente Dominici à Soto dicentis, Dominus Iesus Christus noluit æqualem esse potestatem Cæsaris, suæ, siuè Dei potestati, sed eximere se volens ab illo iudicio: nus tantum naturale retulit, quasi diceret, si quid debetis Cæsari, soluite: sed imprimis Deo. Idcirco benè additur, quod dicit B. Egidius noster Rom. fundamentaliter docens, maiorem esse potestatem spiritualem laicali potestate, & ad tertium argumentum glosat eandem Saluatoris auctoritatem, quæ sunt Cæsaris &c. dicit similiter easdem potestates, seu Principatus non esse omnino eiusdem rationis, & art. præcedenti in corpore similiter glosat eandem auctoritatem, quoad obedientiam videlicet fideles, debere obedire etiã Principibus infidelibus in his quæ non repugnant fidei. Stante igitur superiori fundamento de maiori parte spiritualis auctoritatis respectu laicis, ad rem nostram satis exactè facit, id quod docet Paulus noster Venetus dicens, omne superius esse formam sui inferioris, ex secundo Physicorum, sed forma est illa quæ dat esse rei, ex eodem 2. Phy. ergo illa superior dignitas spiritualis, dat

dat esse laicali dignitati, etiam per rationem natura-  
lem, & etiam ad rem nostram facit id quod docet B.  
Simon noster de Cassia similiter glosans predictam  
Saluatoris responsionem, inquit enim Saluatorem  
dolosè fuisse interrogatum, cui interrogatori: ira  
satis fecit, non cōmodo Cæsaris: sed utilitate reddentium,  
ac per hoc manifestum esse; omnem Principatum à Domino Deo esse, apud quem sunt omnia Reg-  
norum iura, & suum placitum post corruptam na-  
turam, quòd materia dicitur in hominibus perdo-  
minari, & subijci dirigitur, & parum infra dicit  
etiam, cum improbitas hominum grauatorum, per  
vnum non possit arceri: opus habet Cæsaris, Princi-  
pisq; iustitiam arcentem, & punientē, frans, & sup-  
plicijs debitis grassatores, & infestos &c. & parum in-  
fra itidem dicit, quam ob rem si tanta necessitas exi-  
git Cæsaris potestatem, & non tibi fastidio sit, aut  
cautio aduersus eum, si pro te, tuisq; seruandis exigis  
censum &c. Vel aliter forsā, & melius dicere possu-  
mus glosantes eandem Saluatoris responsionē, Red-  
dite quę sunt Cæsaris Cæsari &c. Sed nihil est Cæsa-  
ris, ergo Cæsari nihil est reddendum, probatur mi-  
nor per Psal. Domini est terra, & plenitudo eius,  
si ergo omnia sunt Domini, ergo nihil est Cæsaris,  
meritò igitur Pontificia dignitas cæteris laicalibus  
præualet, quando quidem in Prohem. Clem. Const.  
secundum Glos habetur qualiter Papa, id est admira-  
bilis dicitur à Papa quod est interiectio admirantis,  
& verè admirabilis: quia Vices Dei in terris gerit,

Phy. tex.

12.

Phy. tex.

28

l. Jul. § se

et si quis

ff. ad ex. li.

B. Sim. de

Cassia lib.

11. ed. Re-

lig. Christ.

51.

12. 1007

23.

Responsio

Auctoris.

Ethim. lo-

gia Papæ.

vnde optimè dixit Anglicus ille in sua Poetria noua. Papa stupor mundi, & circa finem, qui maxima rerum, nec Deus est, nec homo, quasi neuter est inter verumq; &c. Vel aliter dicendum est ad mentem

B. Aug. nostri Anconitani, Reddite &c. dicentis, Non subtrahitur potentia temporalium à Papa, sed datur intelligi quædam iustitia legalis, vt unicuique reddatur quod suum est, quod dicit D. Apost. Reddite omnibus debita, cui tributum, tributum, cui vectigal, vectigal, cui honorem, honorem, &c. Vnde minimè cogit Saluatoris responsio &c.

B. Aug. nostri Anconitani, Reddite &c. dicentis, Non subtrahitur potentia temporalium à Papa, sed datur intelligi quædam iustitia legalis, vt unicuique reddatur quod suum est, quod dicit D. Apost. Reddite omnibus debita, cui tributum, tributum, cui vectigal, vectigal, cui honorem, honorem, &c. Vnde minimè cogit Saluatoris responsio &c.

Ad tertium sic Respondet idem Thadeus Perusinus, Nabucdonosor fuit maximus Princeps cū plures superauerit Principes &c. ob id dicitur à Daniele Rex Regum &c. & ibi idem Daniel vsus fuit figura hiperboleæ &c. nō tamen fuit totaliter Dominus omnium mūdi Regnorū &c. vel aliter respōderi potest, vtz vt supra tactū est, Diuinū verbū nondum assumpsisse humanā carnē, nec aliquē ab eodē pro illo tunc fuisse institutū Pontificē &c. & ideo idē Daniel eodē 2. c. sequitur ita in diebus antē Regū illorū tū suscitabit Deus Celi Regnū, qđ in eternū nō dissipabit, & regnū alteri populo nō tradet, cōtinuet autē & seruet vniuersa regna hæc, & ipsū stabit in eternū, id est, durante mundo, quod, dictum intelligi potest de Christi Regno, cuius non erit finis &c.

Ad quartū de apibus &c. similiter respōdet idem Thadeus eodē loco vbi supra dicēs, sicut in quolibet genere, sic in examine apū est vnū caput, & Princeps

ita

ita in qualibet Republica est vnū caput &c. non tñ;  
 sequitur vnū tantū debere esse Regē in toto terrarū  
 orbe, cū clarè pateat, de facto plures esse Reges, & In-  
 nationū diuersitates &c. & additur qualiter Christi  
 tēpore plures et erant Reges, cū ipse dixerit, qui mol-  
 libus vesti ſūt in Domibus regū sūt. loquitur. n. ibi  
 pluraliter, nō aut singulariter, & et tempore Hero-  
 dis Regis. Reges illi oriētales, venerūt, & quesierūt  
 Sūmū Regē Xpū, cui munera præciosa, tanquā tri-  
 buta obtulerūt: ergo &c. Vnde stantes in eadē simili-  
 tudine, vnū est, &c. Vnū quodq; examē apū, suū habe-  
 re dicitur caput, & secundū quod plura examina, sic  
 plura capita &c. nec repugnat: ita se habere in  
 populis, in quibus præter Reges, datur Summum  
 caput, & Rex Regū, p. D. Apost. dicētē, vt seruis mā-  
 datā sine macula, irreprehēibile vsq; in aduentū Dñi  
 nri Iesu Christi, quē suis tēporibus ostēdet Beatus,  
 & solus potens Rex Regū, & dñs, dominantū, qui  
 solus habet immortalitatē, et lucē inhabitat inaccessi-  
 bilem &c. & per Prophetam, & adorabunt eum  
 omnes Reges terræ, &c. cuius locum in hoc sæcu-  
 lo tenet Vicarius eiusdem Summus Pontifex &c.  
 hinc non ab re legitur, vt habetur in sexto Decret.  
 torius enim orbis Papa tenet Principatum &c.  
 & supra qui Papa potest Imperatorem depone-  
 re, ac priuare, nec non eundem cogere ad Iusti-  
 tiam faciendam, & ius canonicum obseruatum &c.

Ad 4 Respōdet idē Thadeus Perusinus dicens, q  
 D.P. Aug. intelligendus est, q Deus magnā partē  
 dede.

Matt. c. 23

D. Apost.  
 ad Tim. 1. 3  
 c. 6.

Apoc. c. 19  
 Psal. 71.  
 lib. 3 c. 7  
 riculofo tū  
 tul. de stat.  
 Regal. Col.  
 4 in Glos.  
 lib. 2 § 52.  
 & Re iud.  
 c. 2.

Responsio  
Auctoris.

D. P. Aug.  
lib. 6. de Ci-  
uit. Dei. c.  
17.

dederit Romanis subiectam, non autem totaliter Romanos totius mundi simpliciter fuisse Dominos: sed quia eorundem Regnum fuit longe maius, quàm cætera mundi regna &c. Vel aliter Responderi potest; D. P. Aug. eodem loco, vbi supra in principio Quinti Capitis, non sine maxima ratione dixisse in Dei potestate esse omnia Regna, etiam terrena ad significandam forsan Regnorum, & Regum mutationem ab ipso Deo optimo dependere, vt factum est, & clarius loquitur idem D. P. Aug. eodem lib. dicens, Proinde, non solum, vt talis mens, talibus hominibus redderetur, Romanum Imperium ad humanam gloriam dilatatum est: verum etiam, vt Ciues, æternæ illius Ciuitatis, quam diu hic peregrinantur, diligenter, & sobrie illa intueantur exempla, & videant, quanta dilectio debeatur supernæ Patriæ: propter hominum gloriam, ergo ad exemplum fidelium Imperium illud Romanorum dilatatum est, quod modo ad Pontificem transiit &c.

B. Aug.  
Anc. & pot.  
Ecd. q. 75.  
ar. 1. ad 1.  
q. 1. art. 8.  
ad 1.

Ad Sextum dicit idem Thadeus Perusinus & D. Thom. intelligendus est, in toto orbe, non simpliciter, in toto mundo, additur, & non principaliter, sed secundario, seu secundum quid, quia simpliciter, & principaliter Summus Pontifex, vt dictum est supra, et dicitur inferius habet Summum ius in toto orbe &c. vnde B. Aug. noster Anconitanus de potestate Ecclesiastica optimè dicit ad rem dicens, Imperatores, vel Reges esse iuris Conservatores, ministerialiter: sed principaliter, & auctoritatiuè solum esse

ipsum

ipsum Papam, ad cuius mandatum ipsi parere tenentur, & auxilium impendere &c. & idem B. Aug. eodem lib. videtur idem asserere, glosans illud Saluatoris Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari &c. & eadē questione prima, ostendit potestatem Papæ esse maiorem omnia alia primo maiestate dignitatis. Secundo causantatis. Tertio auctoritatis &c.

*Matth. 22.  
ar. 1. corp.*

Ad septimum dicit idem Thadeus, quod non sequitur vnum tantum debere esse Principem in toto terrarum orbe; quia non posset providere omnibus, & singulis &c. sed in qualibet Republica debet esse vnus Princeps, & sic intelligendus est Philosophus. vel aliter dicendum, quod est si vnus tantum Princeps. debet esse in toto orbe &c. primo, & principaliter iste Principatus vniuersalis Summo conuenit Pontifici, ut iam multoties dictum est.

Ad octauum Respondet idem Thadeus Perusinus, duo tantum luminaria magna &c. potestatem Petri, & Papæ immediate à Christo Domino nostro institutam esse: sed Regis potestatem à Republica dependere &c. cum Papa sit fidei magister &c. vnde Matthei, Redemptor noster ad rem optimè dixit.

*c. 28. sue  
vlt.*

Data est mihi omnis potestas &c. quam communicauit suo Vicario Summo Pontifici &c. dicens tibi dabo claves &c. Vel aliter responderi potest quod sicut Luna luminare minus recipit totum lumen suum à Sol: ita Regia potestas vti luminare minus quicquid habet, recipit, & habet a Pontificia potestate, sicut à maiori. Quo circa ad Rem D. Hieremias,

*Responsio.  
Auctoris.*

*D. Hier. c. 1*

opti

optime dixit, Ecce constitui te hodie super gentes,  
& regna &c.

D. Apost.  
ad Ro. 1. 8.  
Psal. 38.

Ad quintum dicit idem Thadeus Perusinus, dictū  
Antonini Imperatoris, fuisse quandam iactantiam.  
Nam D. Apost. Vanitati creatura subiecta est &c. &  
Psal. Veruntamen vniuersa vanitas omnis homo vi-  
uens, & præcipuè: quia idem imperiale dictum non  
corroboratur rationibus, vel auctoritatibus, quòd  
quidem non ita se habet de potestate Summi Ponti-  
cis, de qua in vtroq; foro, scilicet temporali, & spiri-  
tualis plena est tota sacra scriptura, vt pluries superius  
probatum est.

Thad. 1. 15.  
p. 60.

D. Thom.  
q. de malo  
art. 2. ad  
alt. arg.  
Simile.

Ad decimum Respondet idem Thadeus noster  
Perusinus quòd Bartolus, & Baldus nimis abundè  
loquuti sunt ad extollendum Imperatoris gradum,  
qui subest Papæ Principali, & maiori Dei Vicario,  
& dato, & nō concessio quòd Imperator esset Dei Vi-  
carius in temporalibus ( vt dicunt isti auctores ) eo-  
rum dictum est intelligendum secundario, non au-  
tem principaliter, cum Summus Pontifex immedia-  
tè ex ore Dei sit primus, & principalem teneat locū  
Vnde idem Thadeus super Isaiam, super Verb. po-  
nam te in superbiam sæculorum, & gaudium in ge-  
neratione, & generatione, &c. & de mente D. Greg.  
eodem loco, superbia nil aliud significat, nisi sum-  
mam, & principalem auctoritatem Ecclesiasticam,  
& de mente D. Thom. per superbiam intelligit glo-  
riam, & honorem propter honoris excessum &c. si-  
cut dicimus superbam domum, siuè superbam  
Pala-

Palatium &c. idest pulchram domum, honestumq;  
Palatium &c. Ista Ecclesia sancta Dei constituta est  
domina gētium, subiecit sibi Reges, & Imperatores,  
supremam habens potestatem, iuxta illud Redempto-  
ris, quodcumq; ligaueris &c. & sic iam satis sufficien-  
ter vsq; modo responsum est ad omnia iam prædicta  
argumenta in oppositum.

Simile

Io. 27

## CAPVT DVODECIMVM.

In quo Auctor sequitur disputare de eadem materia ad  
mentem propriam noua adducens argumenta,  
nouasq; responsiones.

**E**T primo in oppositum arguit sic, auctoritate  
Redemptoris dicentis, Regnum meum nō est  
de hoc mundo; ergo necessario sequitur ad ne-  
gationem Regni terreni à Christo, & nec etiam Sū-  
mus Pontifex eiusdem Christi Vicarius, possit tem-  
poraliter regnare: ex eo quia quicquid habet seruus  
videtur habere à Domino suo, ergo &c.

Io. 18

Secundo auctoritate eiusdem Redemptoris. Qui  
cum cognouisset post illud singulare miraculum ab  
ipso factum de multiplicatione quinque panum, &  
duotum piscium, qđ venturi erant, vt raperent eum,  
& facerent eum Regem, fugit iterum in montem ip-  
se solus. Vnde clarè sequitur eundem Saluatorem po-  
tius Regiam dignitatem contempnisse, quam acce-  
pisse, &c. ergo sequitur idem quod prius.

Io. cap. 6

Tertiò sic arguitur, quia Xps potius fuit subdit⁹, q̄

P Domi.



Io. 18.

Dominus: ex eo quia, vt patet per Io. & omnes Euangelistas, ipse se subdidit humano iudicio, nempe Pilati Iudicio, seu Potestati. ergo Christus nullum habuit Imperium, & sic, consequenter nec Papa.

Petrus  
Ara. lib.  
de Inst. &  
iur q. 67.  
art. 1.

Quarto multi Summi Pontifices se subiecerunt Imperatoribus, vt refert Petrus noster de Aragona adducens exemplum de Leone Papa, qui se subdidit Ludouico Imperatori &c. & de Adriano Papa, qui se subdidit Carolo magno Imperatori, ergo Summi Pontifices non videntur superiores, sed potius subditi, & inferiores respectu Imperatoru, & regu &c.

Io. c. 13.

Quinto sic etiam arguitur, auctoritate Redemptoris exemplum enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, ita, & vos faciatis; sed Christus (vt superius dictu est) se subditum fecit. Ergo summi Pontifices exemplum Domini sequentes debent esse subditi, & non Domini &c.

Matt. c. 10

Matt. c. 19

Sexto sic arguitur, auctoritate eiusdem Redemptoris dicentis, Nolite possidere aurum, nec argentum; neque pecuniam in thesauris vestris, idcirco ad rem satis aperte loquutus fuit primus Papa D. Petrus dicens, ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te quid ergo erit nobis?

D. Apost.  
2. ad Tim.  
6. 20.

Septimo arguit sic, auctoritate D. Apost. dicentis, nemo militas Deo implicat se secularibus negocijs &c. sed si Papa posset exercere temporale dominium se implicaret secularibus negocijs, contra preceptum apostolicum, & sic potius peccaret, quam aliquid boni ageret.

Osta

Octauò arguitur sic auctoritate eiusdem D. Apostol. & exemplo, qui coactus fuit appellare Cæsare, ergo se subditum Cæsaris constituit. D. Apost. act. Apost. c. 28.

Nono arguitur sic, impedimenta salutis sunt potius remouenda, quam apponenda: at administratio Domini temporalis videtur esse quoddam impedimentum salutis, ergo potius talis administratio temporalis est vitanda, quam sequenda &c. maior de se patet, & minor probatur, quia in tali administratione maxima adest peccandi occasio, ratione cupiditatis &c.

Decimo arguitur etiam auctoritate eiusdem Saluatoris dicentis, nemo potest duobus domini seruire &c. ergo à pari nemo poterit duobus dominis, quæ inter se maximam videntur habere repugnantiam, scilicet disparitatem &c. Matth. 6.

*Sequuntur responsiones ad prædicta omnia argumenta.*

Ad primam auctoritatem, Regnum meum &c. dicendum est quod Christus Dominus noster non exclusit à se dominium temporale: sed ostendit aliud se habere regnum, longè præstantius, & eminentius, ab æterno sibi præparatum, &c. non tamen negauit hoc regnum temporale, & ius se habere legitimū, & potestatem &c. iuxta illud D. Apost. dicentis de Christo, quem constituit Hæredem vniuersorum per quem fecit, & sæcula: immo Redemptoris con- D. Apost. ad Heb. c. 1. Luc. c. 22.

*duplex po-  
testas per  
duos gla-  
dios intel-  
lecta.*

*D. Apost.  
ad Rom.*

*13. cap.*

*B. Eg. Rō.  
lect. 22.*

*B. Eg. Rō.*

*2. sent. d. 9.*

*q. 2. resol.  
art. 1.*

*lib. 1. Estr.*

*com. d. ma-*

*ior. & o-*

*bed.*

*6. lōf.*

firmavit tale Dominium temporale, dicens, qui non  
habet gladium vendat tunicam &c. & ecce hic duo  
gladij, per quos cōmuniter intelligitur illa duplex po-  
testas scilicet temporalis, & spiritualis. Vnde D. Apo-  
loquens de huiusmodi potestatibus dicit, vis autem  
non timere potestatem, bonum fac, & habebis laudē  
&c Dei enim minister est tibi in bonum, si autē ma-  
lefeceris, non enim sine causa gladiū portat &c. quā  
quidem sententiam deciarans B. Egid. noster Rom.  
eodem loco, gladium idest iudiciariā potestātē, quæ  
distinguitur secundū duplicem prædictū gladium, de  
quo duplici gladio idem B. Egidius Romanus glo-  
sans illud Saluatoris Luc. 22. Duo gladij, hic sic dicit:  
quā Principatus Clericorum utitur magis gladio  
spirituali; Principatus verò laicorum magis gladio  
materiali: quare notandū est, quòd dicit Principatū  
Clericorum magis uti gladio spirituali, quam mate-  
riali, non tamen excludit, quin utatur, & possit etiam  
uti materiali gladio quotiescunq; opus fuerit: ad hæc  
etiam pari passu currit id, quod legitur, & declara-  
ur idem textus Evangelicus Luc. 22. Ecce duo gladij hic  
&c. & glos. duos gladios in Ecclesia, & eisdem esse  
in potestate Ecclesiæ, & parum infra dicentibus Apo-  
stolis, Ecce duo gladij hic idest in Ecclesia, cum Apo-  
stoli representarent etiam Ecclesiam, inter quos erāt  
illi duo gladij, & sic consequens est, quod in ipsa  
Ecclesia sint isti duo gladij, dicentibus Apostolis,  
duos gladios esse ibi: non respondit Redemptor ni-  
mis esse: sed lais, & sic notandum est, quod si es-  
sent.

fent plures gladij, quam duo, non dixisset Dominus  
 satis est: sed nimis est, & si essent pauciores, quam duo  
 non dixisset satis: sed minus &c. & eodem loco secun-  
 dum dictam glos. ex decimarum datione, seu solutio-  
 ne, & benedictione &c. patet qualiter terrena pote-  
 stas subest spirituali potestati ex quatuor; Primo ex  
 datione, seu solutione decimarum: quia secundum Ca-  
 nones Laici debet solvere decimas Sacerdotibus &c.  
 Secundo, ex benedictione, seu sanctificatione, secun-  
 dum Vgonem. Tertio, ex acceptione potestatis secun-  
 dum eundem Vgonem eodem loco. Quarto, ex rerum ipsa-  
 rum gubernatione secundum D. P. Aug. quoad primam  
 solutio decimarum est de iure diuino, & sic terrena  
 potestas secundum omnia bona sua subest Ecclesia-  
 sticae potestati: quoad secundum, quia Sacerdotalis  
 dignitas Regalem potestatem sacrat, & benedicit,  
 & sic secundum D. Apost. qui benedicit maior est be-  
 nedicto: quoad tertium patet qualiter eadem spiri-  
 tualis potestas maior est quacunque dignitate terrena:  
 quia in illo antiquo Populo Hebraico, in quo primam  
 a Deo Sacerdotium institutum est: postea vero ad Sa-  
 cerdotium, regalis potestas, iubente Domino, ordi-  
 nata est; patet exemplo de Saule, cui Regalem po-  
 testatem Dominus dare potuisset: sed noluit hoc  
 fieri, nisi per Samuelem Prophetam, & Sacerdo-  
 tem: indicans potestatem terrenam dependere ab Ec-  
 clesiastica. quoad quartum per Sanctum P. Aug.  
 de Trin. dicentem totum vniuersum, quodam ordine  
 regi:

Necesse

Vgo. lib. 2.  
de Sacra.

p. 2.

D. P. Aug.

lib. 11. de

Trin. c. 4.

D. Apost.

1 Reg. c. 8.

12.

D. P. Aug.

3 de Trin.

cap. 4.

regi: quia corpora grossiora reguntur per subtiliora.  
 & tota corporalis creatura per spiritualem sed tur-  
 pis est pars, quæ suo non congruit Vniuerso. Ergo  
 in toto vniuerso corporalia reguntur, & gubernan-  
 tur per spiritualia, & sic patet totum, quod dicendū  
 est &c. Non igitur ab re de Christo Rege habente ta-  
 lem Regiam Potestatem in summo dicitur: accinge  
 re gladio tuo super femur tuum potentissime, vbi  
 notat Dominus Iacobus noster Valent. tale dictum  
 intelligi debere de potestate Regia sibi à Patre tra-  
 dita &c. quam Petro, & successoribus tradidisse non  
 est qui dubitare queat. Cum dicatur à Sancta M. E.  
 in festo eiusdem D. Petri, tu es Pastor ouium & tibi  
 tradidit omnia mundi regna, & subiecit Populos  
 nobis, & gentes sub pedibus nostris; redeunt es itaq;  
 ad gladium Regiam potestatem significantem, dici-  
 mus Christū D. nr̄um non sine maxima ratiōne præ-  
 cepisse petro abscedenti auriculam malco, non vt  
 projiceret gladium: sed vt conuerteret in Vagīnam,  
 ad ostendēdum sibi remanere talem facultatem, quā  
 certē non protegit. Vel aliter respondendū est ad  
 illud Redemptoris, videlicet Regnum meum &c. Vo-  
 luit forsan denominationem accipere, ac sumere à  
 Nobiliori Regno nempe Celesti, à quo semper fieri  
 debet denominatio secundum Philosophum; non ta-  
 men negando Regnum minus nobile: E. g. Rex Fi-  
 lippus dicitur Rex Hispaniarum, & si plura alia Re-  
 gna extra Hispanias habeat, sed ab eisdem denomina-  
 tur tanquam à nobiliori &c. Vnde ad rem nostram  
 optimè

*Psal. 44.**Iacob. Val.**S. M. E. in  
in fest. D.  
Pet. resp. 6**Psal. 46.**2. Resp. ad  
1. argum.**Phi. lib. 2.  
de anima.  
rex. 49.*

optimè dicit Dominus Ambrosius noster Parteno-  
 peus exponens idem Saluatoris dictum, Regnum  
 meum &c. dicit sic, Dominus Iesus Christus noluit  
 se Regem somniorum, ac deliramentorum appella-  
 re; non quia non sit verus omnium Dominus; sed  
 quia hæc inferiora iudicabat non esse vera bona: cū  
 sub rapidissima Cæli vertigine ab illa stabilitate flu-  
 ctuent, & fluant. Vel dicendum, dictum Saluatoris, Re-  
 gnum meum &c. ad mentem D. Bonaventuræ dicen-  
 tis, mundum dupliciter posse accipi in sacra scriptu-  
 ra, primo modo pro humana conuersatione, quæ va-  
 na est, & immunda, secundo modo pro mūdāna crea-  
 tura primo modo damnatur, & reprobarur à Domi-  
 no Iesu Christo dicente, Regnum meum &c. secun-  
 do autem modo commēdatur &c. Reiecit enim Re-  
 gnum mundi primo modo quantum ad immundā  
 conuersationem, quam nullo modo exercuit &c.  
 idcirco optimè dixit, quis ex vobis arguet me de pec-  
 cato? Vel aliter glosandum est dictum Redempto-  
 ris, Regnum meum &c. ad mentem B. Aug. nostri  
 Anconitani dicentis, de mente D. Io. Crisost. Re-  
 gnum meū &c. modo humano, quomodo sunt alij  
 Reges, qui ex fortitudine ministrorum accipiunt  
 Regnandi potestatem. Vel aliter glosandum est  
 idem dictum Saluatoris ad mentem B. Simonis no-  
 stri de Cassia dicentis sic, omnium erat subiectorum  
 ipse dominus, & rex verus, sed ab altiori Regno rex  
 erat ipse censendus. Nam aliud est regnum inui-  
 sibile corpor alibus oculis, & imperceptibile cor-  
 porco

Do. Amb.  
 parte nop-  
 ens se qua  
 dra Dom.  
 palma se. e

3. resp. ad  
 idem 1. ar.  
 D. Bona.  
 2. sen. d. 1.  
 art. 2. ad 1.

Io. cap. 8.  
 4. resp. ad  
 idē. 1. arg.  
 B. Augu.  
 An lib de  
 pot. eccles.  
 9. 7. art. 7.  
 ad. prim.  
 5. resp. a  
 idē 1. arg.

poro sensu: iuxta quod ipse vocatur Dominus Sa-  
 baoth, idest Rex, & Dominus exercituum inuisibilium  
 Angelorum, qui nunquam in hac miseria peregrina-  
 ti sunt, abnegat autem Regnum huius mundi, sci-  
 licet corruptibilis, & corrupti: quia omne quod est  
 in hoc mundo, aut est concupiscentia carnis, aut con-  
 cupiscentia oculorum, aut superbia vitæ, iuxta sen-  
 tentiam D. Io. Apostoli in Epistola sua: ne super ista  
 regnare videretur: sed potius eadem destruere cre-  
 deretur, sic enim conueniebat Dei Filio, Regnum  
 autem istud est mortis regnum, sicut dicit D. Apost.  
 Regnavit mors ab Adam vsq; ad Moysen, qui est  
 forma futuri sæculi, etiam in eos, qui non peccaue-  
 runt, secundum quam, si illam corporis, & animæ in-  
 telligimus, regnavit, regnat, & regnabit in homini-  
 bus, quousq; sæculum istud suo claudatur fine. Chri-  
 stus autem non regnum mortis: sed veræ vitæ con-  
 stituit, &c. & infra, nec etiam animus autumnet  
 Christum Ecclesiam suam, tanquam Regnum æteri-  
 num, atq; decoris, & gloriæ constituisse, aut posuisse  
 in mundo. Cum ipse per fidem Catholicam, & Vi-  
 carios auctoritate sua fungentes, regnet, in orbe ter-  
 rarum, aut cum sibi subdita fuit in suis Vicarijs glo-  
 ria Cesarum: sed tamen hinc tali ordine credamus,  
 Regnum esse virtutum, in æternum gloriæ regnum,  
 consumato mundi mysterio transferendum, & sum-  
 ma veritas hoc compellit asserere: quia in mundo do-  
 minandi libidine Regnare volentes non habent par-  
 tem cum Christo, cuius regnum non erat de hoc mū-  
 do,

D. Io. Ep.  
 3. cap. 20.

do, modo iam dicto. Vel aliter glosandum est dictū  
 Redemptoris nostri ad mentem B. Alberti nostri Pa-  
 tanini, dicentis, illam Saluatoris sententiam, Regnū  
 meum &c. & insurgentibus contra Manicheorum  
 errorem, qui pro fundamento sui erroris talem assu-  
 munt sententiam, cuius contrarium dicitur à Sancto  
 Propheta, quoniam Rex omnis terræ Deus, & Mar-  
 thei, data est mihi omnis potestas in cælo, & in terra,  
 & Io. sciens quia omnia dedit ei Pater in manus &c.  
 dicit itaq; idem B. Albertus Regnum duplici er posse  
 se intelligi, primo modo secundum D. P. Aug. acci-  
 piendo Regnum pro his, quæ reguntur, sicut fideles,  
 electi sunt Regnum Dei, fecisti nos Deo nostro Re-  
 gnum, Regnum, quod licet sit in hoc mundo per in-  
 habitationem, non tamen est de mundo: sed de Cæ-  
 lo per affectionem. Secundo modo accipitur regnum  
 (ut dicit D. Chrysostomus) accipiendo Regnum pro  
 auctoritate Regia: hanc autem Dominus Iesus Chri-  
 stus de mundo non accepit: sed de patre originaliter,  
 Filius hominis venit ad antiquum diem, & dedit  
 ei potestatem, honorem, & Regnum &c.

Ad secundum argumentum respondetur, quod quavis  
 Dominus Iesus Christus fugerit in montem, ne ipsi  
 homines facerent eum Regem, non tamen propter  
 hoc voluit Regiam negligere dignitatem: quoniam no-  
 luit eligi ab hominibus, quia iam electus erat à Deo  
 habente plenissimum ius eligendi, siue constituen-  
 di Regem proprium filium, qui iure naturali, & hæ-  
 reditario talem debuit habere Regiam dignitatem

Q

de

Resp. 6. ad  
 idē 1. arg.  
 B. Alberti  
 Pat. ser. 7.  
 Pascat.  
 Psal. 46.  
 Mat. c. 28.  
 Io. c. 13.  
 D. P. Aug.  
 Apoc. c. 5.

Daniel c. 7.  
 Mat. p. 28.  
 Psal. 138.  
 1. 13.

Psal. 2.



1. 2. ff. de re  
 d. 1. prin.  
 D. Th. 2. 2  
 q. 67. art.  
 1. ad 10.  
 arg.

1. 2. ff. de re  
 d. 1. prin.  
 D. Th. 2. 2  
 q. 67. art.  
 1. ad 10.  
 arg.

Pet. de An-  
 tag. q. pra  
 dicta q. 67  
 art. 1.

de qua idem filius per S. Prophetam confitetur se Regē à Patre constitutum, dicens, Ego autem constitutus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum eius, philosophus 1. phi. ad rem frustra enim fit per plura quod potest, fieri per pauciora &c. sic itaq; patet solutio ad hoc secundum.

Ad tertium argumentum Respondet D. Thom. quòd Dominus Iesus Christus non recognouit Pilati potestatem, tanquam maiorem. Sed quia in rebus humanis aliqui propria spontè possunt se subijcere aliorum iudicio, quamuis non sint eis superiores, sicut patet in his, qui compromittunt in aliquos arbitros, & inde est necessarium arbitrum pena vallari: quia arbitri non sunt superiores, & non habent de se plenam potestatem coercendi. Sic ergo Christus propria spontè se subdidit, &c. & ideò ad rem rectè dixit Pilato, non haberes in me potestatem, nisi tibi datū esset de super &c. sic etiam & Leo Papa &c. & Adrianus Papa &c. sicut etiam refert, & respondet Petrus noster de Aragona diffusius agens de eadem materia. & de huiusmodi arbitrum iudicis, & auctoritate &c.

Ad quartum Respondetur, secundum quòd iam responsum est per præcedentem tertiam Respon- sionem ad mentem Petri nostri de Aragona, qui hanc materiam, & difficultatem declarauit, modo iam dicto &c.

## CAPVT TERTIVM DECIMVM.

*In quo Auctor sequitur Respondere ab alia argumenta.  
nam Caput precedens esset nimis tediousum  
propter nimiam prolixitatem.*

**A**D quintum argumentum, ad illud Saluatoris  
Io. 13. exemplum dedi vobis &c. dicendum  
est, qd talis propositio non tenet in omni-  
bus vniuersaliter: sed quo ad aliqua tantum. Nam  
Christus crucifixus est, redemit mundum, ambula-  
uit supra mare &c. & sic sequeretur, si teneret vniuer-  
saliter, nos etiam debere crucifigi, redimere mundū,  
ambulare supra mare, &c. quod est falsum. Dominus  
ergo Iesus Christus declarans se ipsum, dixit, Disci-  
te a me, quia mitis sum, & humilis corde &c. Vnde  
D. P. Aug. de tempore exponens idem Saluatoris di-  
ctum, & illud D. Petri Apostoli dicentis, Christus pas-  
sus est &c. vobis relinquens exemplum, vt sequamini  
vestigia eius &c. numquid, vt mortuos suscitemus?  
numquid supra mare pedibus ambulemus? non vti-  
que, sed, vt simus mites, & humiles corde, & non so-  
lum amicos, sed etiam inimicos toto animo diliga-  
mus &c. Vnde nec Summus Pontifex propter huius-  
modi humilitatem cedere debet locum suum, cum  
contemptu, & damno supremæ dignitatis quibuscū-  
que inferioribus, cuius vis conditionis, & status. Id  
circo idem D. P. Aug. dicit, seruate gradus vestros,

Mat. xv. a  
D. P. Aug.  
de temp.  
ser. 61.  
Pet. Apo.  
Epist. 1. c.  
2.

D. P. Aug.  
lib. 5. de h.  
Dom. serg  
46.

Q 2 seruat

*in ord. &  
secundū Lu  
cā ser. 23.*

seruat enim Deus honores vestros: adeo quod Sum-  
mus Pontifex, & quilibet homo potest humilitatem  
amare, & puro corde sequi, seruando gradatim gra-  
dus suos, absq; suæ dignitatis, vel status contemp-  
&c. & sic patet solutio ad huiusmodi argumentum  
per præsentem responsionem, & etiam per præceden-  
tem. Nam clarum est, nullos Pontifices se cæteris su-  
perioribus terrenis totaliter: sed quantum ad aliqua  
secundum compromissionem factā, vel faciendā &c.

*D. Th. 2. 2.  
q. 185. ar.  
6. ad 2. ar.  
gum.  
D. P. Aug.  
de Cōsens.  
Euang.  
Luc. 6. 10.*

Ad sextum argumentum respondetur ad mentem  
D. Thom. dicentis, Verba illa Domini Matth. 19. es-  
se tripliciter intelligenda, seu glosanda. Primo misti-  
cè, vt non possideamus aurum, neq; argentum, id est  
vt Prædicatores non inuitantur principaliter super-  
bia, & eloquentiæ temporali, vt exponit D. Hierony-  
mus; alio modo esse intelligenda, illa verba sic sū q; ex-  
ponit D. P. Aug. vt intelligatur, Dominum non præ-  
cipisse: sed magis permisisse, vt absq; auro, & argēto,  
ac alijs sumptibus, irent ad prædicandum sumptibus  
auditorum &c. Dignus est enim operarius in mercede  
sua &c. tertio modo exponit de mēte D. Io. Chriost.  
vt intelligatur, Dominum per illa verba præcipisse  
quantum ad illam missionē de Discipulis, qui mitte-  
bantur ad prædicandum Iudæis, & per hoc excitaren-  
tur ad confidendum de ipsius Christi virtute, qui eis  
absq; sumptibus prouidebat: ex quo tamen non obli-  
gantur ipsi successores &c. sic etiam tenet B. Egid.  
noster Rom. dicens, & ostendens, cur discipulos hæc  
possidere, aut ferre Dominus noluerit: non quod

*B. Eg. Rō.  
in defens.  
D. Th. q. de  
Virtutib.  
c. 1.*

hu

huiusmodi necessaria non sint sustentationi huius vite: sed quia eos sic mittebat, ut eis hæc deberi monstrarent, verbis illis ipsis, quibus euangelium credentibus annuntiarent, tanquam stipendiis militantibus, tanquam vineæ cultoribus, & tanquam lac gregis Pastoribus. Vnde D. Apost. dicit, quis militat unquam suis stipendijs, plantat vineam, & de fructibus illius numquam comedit, quis pascit gregem, & de lacte gregis numquam percipit? quasi dicat nemo. & sic patet Responsio &c.

Ad septimum argumentum respondetur quod D. Apost. 2. ad Tim. c. 2. nemo militans &c. sic est intelligendus ad mentem D. Thom. dicentis, quod Religionis status est ordinarius ad charitatis perfectionem ostendendam; ad quam principaliter pertinet Dei Dilectio, secundo Proximi dilectio; & ideo Religiosi præcipue, & per se debent intendere ad hoc, quod Deo vacent: si autem necessitas proximis imminet eorum negocia ex charitate agere debent secundum illud D. Apostoli, Alter alterius, onera portate, & sic adimplebitis legem Christi: quia in hoc ipso quod Proximis seruiunt propter Deum, Dilectioni obsequantur diuine: modo sic dici potest ad rem nostram, cum Summus Pontifex dicatur, seruus seruorum Dei secundum communem appellationem, & præcipue Beati Egidij nostri Roman. declarantis huiusmodi Pontificalé titulum. & de mente D. Patris Augustini dicentis, ille qui vobis præst

D. Apost. 1. Cor. 9. 2.

D. Th. 2. 2. q. 187. ar. 2. in corp.

D. Ap. ad Gal. 6. 2. B. Eg. R. quoli. 3. q. 6.

D. P. Aug. in Reg. ad 2. ad ep.

buqs

non



non se existimet potestate dominantem: sed charitate seruitatem &c. & sic Dominium temporale Summi Pontificis, vt temporale est, est pia in Deum seruitus &c. Hinc optimè dixit ad rem idem B. Egid. glossans illud Sapientiae, Creaturae factae sunt in odium, & in tentationem hominum, & in musculam pedibus insipientium, dicit, Hoc accidit ratione rerum abusus &c. & non autem, ratione veri, & legitimi vsus: quia si benè vtimur eis, manu ducimur in Deum, & sic habere nummos, ac diuitias ratione boni vsus sine peccato, omnibus licet, tam Religiosis, quam Laicis; ergo etiam S. M. E. Catholicae licebit &c. & idè B. Egid. dicit, creaturae factae sunt in odium, & impedimentum hominis propter insipientiam eius: quia ipse nescit bene vri creaturis, si enim bene sciret vri eis, essent omnia ad profectum eius; patet ergo quomodo liceat Summo Pontifici, ceterisque Religiosis, se implicare secularibus negotijs, sic etiam, & temporali dominio vri ratione boni vsus &c.

Ad octauum Respondetur sic, quòd D. Apostolus fuit vtiq; coactus Caesarem appellare &c. non quod se Caesari subiecerit: sed quia, vt, dicit D. P. Aug. necessitas non habet legem, & vulgo dicitur, vis rationem superat, & licet vim vi repellere, & sic non propter hoc stante tali coactione, siue necessitate, D. Ap. se Caesari subiecit &c.

Ad nonum Respondetur quòd & si maxima adsit peccandi occasio apud insipientes temporalia administrantes; tamen est etiam maxima merendi occasio  
apud

B. Egid. 2.  
sent. dist. 1.  
q. 1. art. 1.  
ad 2. arg.  
c. 14.

B. Egid. eadè  
dist. p. 2. q.  
1. art. 4. ad  
4. arg.

D. P. Aug.  
in solil. c. 2.  
& l. vnica  
ff. de off.  
l. 1. ff. de  
vit. & ve  
& l. 3. §.  
negitur.

apud sapientes rectè temporalium bonorum admini-  
 strationem exercentes, iuxta illud Ecclesiast. qui po-  
 tuit transgredi, & non est transgressus; facere mala,  
 & non fecit; ideò stabilita sunt bona illius in Domi-  
 no &c. hinc cū Summi Pontifices sint, & debeant esse sa-  
 pientes, administrando temporale dominium rectè,  
 vt debent, potius habent occasionem merendi, vel ma-  
 ioris meriti, quam peccandi, vel peccati, qua de re B.  
 Egidius noster Romanus ad rem optimè dicit, Sum-  
 mum Pontificem esse in statu maioris meriti, si bene-  
 suum exerceat officium &c. & B. Aug. noster Anco-  
 nitanus similiter docet, qualiter existentes in aliquo  
 perfectionis statu, possunt exercere administrationē,  
 siue habere sollicitudinem bonorum temporalium,  
 quia cum habeant providentiam, quæ importat ordi-  
 natam dispositionem bonorum temporalium, pos-  
 sunt evitare sollicitudinem, quæ importat sæpè men-  
 tis distractionem, quæ aliquando dicit aliquam im-  
 perfectionem, &c. tribus autè modis fieri potest, vel  
 haberi talis sollicitudo erga temporalia bona, aut n.  
 talis sollicitudo tanta est, quòd tollit charitatis termi-  
 num, & complementum, aut quòd tollit charitatis fer-  
 uorem, & augmentum, aut quòd tollit propriè con-  
 templationi pro salute proximorum, delectamētum:  
 primo modo, talis sollicitudo in temporalium admini-  
 stratione est peccatum mortale. Si temporalia bo-  
 na præponerentur bonis spiritualibus, tanquam fi-  
 nis &c. Secundo modo est peccatum veniale, cum  
 appetitus sensitivus intentus circa temporalia tra-  
 hat

6. 85

B. Eg. R. 8.

quolib. 3.

q. 6. adult.

arg.

B. Aug.

Anc. lib.

de pot. ecc.

q. 101. art.

5. in corp.

art.

hat appetitum intellectiuum, sicut sphaera, spheram,  
 vt dicitur, non potest fieri aliquo modo, quin admi-  
 nistratio temporalium diminuat, vel remittat feruo-  
 rem claritatis. voluntatem inflammantis. Finis ta-  
 men non tollitur: sed feruor tendendi in finem ali-  
 quo pacto remittitur, & sic est peccatum veniale tã-  
 tum tertio modo administratio temporalium pro sa-  
 lute proximorum, vt temporalium administratione  
 ad bona spiritualia inducat, datoq; ad rēpus suæ pro-  
 priæ contemplationis delectamentum non haberet:  
 tunc nec veniale, nec mortale peccatum est: sed est  
 summæ perfectionis, & meritum salutare. Vnde D.  
 Apost. elegit carere ad tempus, non solum contem-  
 plationis præsentis: imò, & futurę beatitudinis de-  
 lectamento pro salute proximorum, cupio anathema  
 esse pro fratribus meis &c. ac etiam adduci potest  
 exemplum de sancta Martha ministrante Domino  
 Iesu Christo, & discipulis eius de facultatibus suis  
 &c. Quapropter carere non debuit premio suorum  
 laborum, atq; caritatis: poterit itaq; sic dici de Sum-  
 mo Pontifice, qui dicitur seruorum Dei seruus, & nõ  
 sine mǎxima ratione (vt pluries superius probarum  
 est) & sic scire optime administrare temporalia sub  
 hoc fine prædicto, & temporaliter dominari, non es-  
 se malum: imò valde bonum. Meminerint ergo ad-  
 uersarij oppositum tenentes, atque desidentes, Phi-  
 losophum docuisse, opiniones stultas ad modũ seru-  
 tari, fortasse stultum esse &c. Sicut modo est ista ad-  
 uersariorum falsa positio &c. Idcirco D. Proph. Da-  
 uid,

D. Ap. ad  
 Phil. c. 2.

Luc. c. 10.

Philos l. 3  
 de part. al.  
 c. 3. & 1.  
 sop. c. 9.

tid, admonens, atq; omnes docens, dixit, Dñs in Cœ  
 o parauit sedē suā, & regnū ipsius oībus dominabi-  
 tur: sed presentis tēporis Ecclesia de mente D. Grego-  
 ri iudicatur regnū Dei. Ergo oībus alijs regnis tāquā  
 Dei Regnū in stē dominari pōt, poteritq; sēper, ne  
 dū spiritualiter, verū etiā tēporaliter: quia oē q̄ reci-  
 pitur, recipitur p̄ modū recipiētis s̄m Phil. & s̄m A-  
 ueroē Comētatorē, & s̄m B. Eg. n̄m, & s̄m tāde Pau-  
 lū n̄m Venetū: sed Potestas Ecclesiastica, seu supe-  
 rioritas recipitur à Populis Christianis, &c. ergo re-  
 cipi debet ab eisdē s̄m eorū modū: quo circa eū ipsi  
 Populi sint spirituales, & tēporales; ergo spirituali-  
 ter, & tēporaliter recipere debēt superioritatem Ec-  
 clesiasticam &c, & sic diffusē, & satis apertē patet  
 solutio ad idem argumentum.

Ad decimum respondetur ad mentem D. P. Aug.  
 primo loco exponētis dictū Saluatoris Matt c. 6. vi-  
 delicet, nemo pōt duob⁹ dñis seruire &c. dicit ergo ibi  
 dē sub inferē dominorē, non potestis seruire Deo, &  
 māmone, s̄m q̄ etiā intulit idē Saluator, māmone a-  
 pud Hebreos diuitiā appellari dicūtur Cōgruit, &  
 punicū nomē, nā lucrū punicē māmon dī; Sed q̄ ser-  
 uir māmone illi utiq; seruit, qui rebus istis terrenis  
 meritō suę peruersitatis, præpositus magistratus hu-  
 ius sæculi à Dño dicitur. aut .n. vnū odio habebit,  
 homo, & alterū diliget, idest Deū, aut alterū patiet̄  
 & alterū cōtemnet. patietur .n. durū, & perniciosum  
 dominum, quisquis mammonæ seruit: sua .n. cupi-  
 ditate implicatus, subditur Diabolo, & non eum

Psal. 102.  
 D. Greg. s̄m  
 per Matt.  
 cap. 25.

Phil. 3. de  
 ai q̄ tex. &  
 com. 5.  
 Auer. com.  
 lib. 1. subst.  
 orb. c. 2.  
 B. Eg. Rō.  
 2 sent d. 17  
 q. 2. art. 1.  
 Paul Ven.  
 li. 2. d. Gen.  
 tex 52 q. 2  
 ad 4.

D. P. Aug.  
 li. 2 de ser.  
 Domini in  
 monte c. 14

1. Respon.

R. dili.



diligit, Quis. n. est, qui diligit Diabolū? Sed tñ ipsū patit &c. tota ergo prauitas domiñadi tēporaliter cōsistit in abusu Dñi, nō autē in vsu recto &c. sicut de facili colligitur ex prædictis augustinianis dictis &c.

2. Resp.

Egi. Rom.  
quoli. 3. q.  
6. ad. ult.  
arg.

Vel respōderi pōt aliter ad mētē B. Eg nri Rom. Et si ipsi reges, & Principes sint suorū Ciuium seruis Prælati tñ spirituales magis se reputare debēt suorū subditorū seruos: imò Papa, qui oib⁹ præest, quodāmodo oib⁹ seruit Propter q̄ ipse se scribit Dei seruo rū seruū &c. seruitiū autē dupliciter cōsideratur. nam subditi seruiūt suis Prælati obediēdo, & Prælati seruiūt subditis, pro eis vigilādo, & pro eorū obediētia attētē se habēdo &c. ex quo colligitur qualiter Papa dominetur, & seruiat: sed hæc oīa nō ad duos Dños reducūtur; sed ad vnū tantū Dñum, nēpē Deū, & sic Papa cum dominatur tēporaliter, & spiritualiter: nō seruit duob⁹ dñis, sed vni tm Deo. Vel aliter Responderi pōt quod vera est illa Saluatoris sentētia, nemo pōt &c. simul, & semel, & quando Dñi sunt contrarij: sed successiuē, si quis seruiat duobus Dominis, vel dominis non oppositis, nullū sequitur inconueniens, at dominari spiritualiter, & temporaliter, non sunt opposita: sed potius distincta, vniuntur tñ in Summo Pontifice, sicut species in genere, & sic patet solutio 3. ad hoc argumentū. Superest ergo tandē, vt concludamus præsentem tractatū, vltimumq; caput ad Dei laudem, sedisq; Apostolicę firmitatem, Populorumq; notitiam, atq; vtilitatem. Amen.

Simile

TERTII